RERUM ITALICARUM

SCRIPTORES

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES

RACCOLTA

DEGLI

STORICI ITALIANI

dal cinquecento al millecinquecento

ORDINATA

DA

L. A. MURATORI

✝ ✝ ✝

NUOVA EDIZIONE RIVEDUTA AMPLIATA E CORRETTA

CON LA DIREZIONE

DI

GIOSUE CARDUCCI - VITTORIO FIORINI
PIETRO FEDELE

TOMO VENTOTTESIMO

BOLOGNA - NICOLA ZANICHELLI

[Il tomo del MITTARELLI ha il titolo: " AD | SCRIPTORES | RERUM ITALICARUM | *cl.* MURATORII | *Accessiones Histo-" ricae* | *Faventinae*, | *quarum elenchus ad calcem legitur.* | *Prodeunt nunc primum opera et studio* | D. JOHAN-" NIS-BENEDICTI MITTARELLI | *abbatis S. Michaelis de Muriano Venetiarum* | *Ordinis Sancti Benedicti* | *Con-" gregationis Camaldulensis.* | *Ad fidem Codd. primigeniorum, et veterum tabularum* " e la nota tipografica VENETIIS, | MDCCLXXI. | *Apud Modestum Fentium Typographum*, | *Superiorum facultate*].

NOBILISSIMIS ET SPECTATISSIMIS VIRIS

AMPLISSIMIS PATRIBUS

REI TOTIUS PUBLICAE FAVENTINAE

PRAEFECTIS

JOHANNES-BENEDICTUS MITTARELLI

ABBAS CAMALDULENSIS

QUINQUENNALI illo temporis spatio, quo, functus munere Praesidis Generalis Congregationis Camaldulensis, moratus sum apud Vos, NOBILISSIMI ET SPECTATISSIMI VIRI, atque interim egregia et pene singularia comitatis et beneficentiae erga me Vestrae sum expertus argumenta, volvebam animo diurnis nocturnisque horis, si aliquando, exiguam licet, operam meam impendere possem, qua me gratum memoremque beneficiorum Vestrorum ostenderem. Multa eo temporis menti et cordi obversabantur; sed illud potissimum succurrebat, ut quandoquidem natura, ingenio et instituto meo maxime ferebar ad venerabilis Antiquitatis effodiendos illustrandosque thesauros, qui in civitatum Bibliothecis praesertim et Tabulariis delitescunt; id, quod ab aliquibus annis aliis locis praestiti, praestarem idipsum civitati Vestrae Faventinae, Antiquissimae, Nobilissimae, et de Camaldulensibus Optime Meritae; nimirum ut lucem aliquam superadderem veteri Urbis Vestrae Historiae. Ad hoc invitabant illustres ex Civibus Vestris Primores, stimulos admovebant, utramque aurem vellicabant; et quo facilius rem exequerer, aperta mihi, constantique socio studiorum meorum Anselmo Costadonio, Vobis aeque addictissimo, voluerunt publica Civitatis Archiva, nullosque Tabulariorum Vestrorum forulos impervios esse siverunt; familiari insuper sermone conquerebantur, male hucusque cum ipsis actum fuisse, ut, dum diligentissimi Historicorum Italiae Urbium Editores congessissent prisca Monumenta ad omnes fere Regionis hujus Civitates spectantia; Muratorius in primis amplissima illa Scriptorum Italicorum copia; Johannes-georgius Graevius quoque et Petrus Burmannus altero Thesauro Antiquitatum et Historicorum Italiae, quo conti-

nentur optimi quique Scriptores in quadraginta-quinque volumina dispositi; Civitas fere una Faventia nullam, si excipiatur Petri-mariae Cavinae FAVENTIA REDIVIVA Tomo VII parte altera Graevianae Collectionis, nullam, inquam, praestitisset symbolam; fraudata quinimmo fuisset et foret editione Historicarum suarum Antiquitatum, et Clarorum Virorum, qui patrias Antiquitates illustrarunt. Fatebantur praeterea, quod et ego libens fatebar, Gregorium Zuccolium, Julium-caesarem Tondutium, supralaudatum Petrum-mariam Cavinam, Romualdum Magnanium maximam promeruisse laudem, quod Historiam Urbis Faventiae, tum profanam, tum sacram adornaverint; verum hi vel destituti ope veterum chartarum, quibus effata sua firmarent, vel toti in bellorum et praeliorum gestis describendis, vel conjecturis et traditionibus popularibus nimis addicti, indolem gustumque seculi nostri non fuerunt assequuti, quo tutius recipiuntur Historiae a Scriptoribus synchronis exaratae; quo placent tabulae eo temporis confectae, quo res contigere; quo placet firme innixas efformari series ecclesiasticae secularisque Politiae; quo lubet antiqua ubi existerent loca, veteres ubi exurgerent ecclesiae, variasque locorum et sacrarum aedium mutationes et fortunas cognoscere; quo demum placet foedera, pacta, conventiones bellorum et pacis, ceterasque narrationes et relationes petere ab auctoribus, qui eo vixerint aevo, quo res narratae et relatae acciderunt. Cur, ulterius ajebant, id obtineri nequibit quoad Historiam Faventinam, in qua Urbe et vetera existunt Faventini Canonici Tolosani, Petri Cantinellii, aliorumque Scriptorum a Bernardino Azzurinio collecta Chronica; et Tabularia plura ac ditiora prostant, et copiosus non uno in loco antiquarum membranarum acervus? Haec illi. Nec plura jam volenti et currenti necessaria fuere. Nulla interposita mora animum adjeci ad ea omnia, quae perbenigne mihi offerebantur, transcribenda una cum praefato Socio Costadonio, et ad ipsa transferenda in Adversaria mea, usum forte aliquando de iis Monumentis facturus, vel saltem putabam, quod facilior mihi sterneretur via, modusque pararetur tempus utiliter terendi, colloquendi et disserendi de Antiquitate, Praestantia, et Statu Faventinae Urbis apud Cives Vestros, qui me frequenter et humaniter adibant. Transcriptione satis copiosa evadente, nil reliquum erat, nisi, ut data Collectioni plausibili aliqua methodo, publicae luci donaretur congesta materies. Duo tamen, ut verum fatear, deterrebant; primum quod homo alieno natus solo, et adventitius, minus idoneus viderer ad assequendam et exequendam exoticam historiam, cui opportunus fuisset magis civis aliquis Vester; alterum, quod excellens

et clarissimus Vir Johannes-baptista Borsierius, qui apud Vos domicilium a longo tempore fixerat, praeter celebritatem, quam nomini suo peperit nobilissima Artis suae et Scientiae Medicae professione, eadem Chronica jam transcripsisset ante me, aliave multa antiquiora undequaque conquisita Monumenta coacervasset, quae ornare notis et animadversionibus haberet in animo. Verum ego relatus duobus ab hinc annis ad patrias sedes; et haec, quae ancipitem adhuc tenebant, dubia apud memetipsum revolvens: Ecquid, dixi, ulterius haeream? dum enim Vetera Testimonia in medium profero, et Antiquos Scriptores ad lucem revoco, licet alienigena sim, nil de meo in publicum edo, innixus dumtaxat iis, quae fideliter transcripsi. Altera ex parte cogitabam, quod Borsierio traducto per id temporis ad celeberrimam Ticinensem Universitatem, ubi merito et maxima cum laude cathedram implet publici Medicinae Professoris, vel tempus vel modus deerit edendae et curandae Faventinae Historiae; aut si erit (quod sperare modo licet, ex quo revocatum honorificentissime, et redeuntem ad Vos, his postremis diebus laetissima tulit fama) tempore, quo licuerit et libuerit, eadem Chronica, atque a se collecta et illustrata Monumenta diem videre jubebit, quae ego, licet hactenus a me invisa, debita Summo Viro veneratione suspiciam; praesertim cum, ut audio, alia ipse incedat via, et potissimum Clarorum Virorum, qui nullo non tempore Vestram nobilitarunt Urbem, Vitas, Memoriasque excitare animo intendat; data vero occasione et Chronica, et alia Monumenta adjicere cogitet, quo perfecta omni ex parte habeatur Historia Faventina.

Quare solutis dubiis, et Deo Opt. Max. obsecundante, ac valetudini qualicumque meae favente, Collectionem, nil prorsus ambigens, statim praelo commisi, completamque editionem hodie communem in vulgus facio, Vobisque PRAESTANTISSIMIS ET SPECTATISSIMIS VIRIS Do, Dono, Dico. Collectioni titulum apposui: AD SCRIPTORES RERUM ITALICARUM CL. MURATORII ACCESSIONES FAVENTINAE: nimirum, ut amplae Muratorianae Editioni in plures Tomos distributae accederet singularis Tomus, Res dumtaxat Faventinas complectens.

Suscipite igitur, PATRES AMPLISSIMI, ea, qua soletis, humanitate Auctores Vestros de Rebus Vestris agentes; Chartas percurrite et Chartarum Excerpta, quae Majorum Vestrorum Nomina et Acta, Locorum quoque memorias praeferunt; Monumenta excipite, quae de promptuariis et de penu Vestro prodeunt; jureque postliminii redeant ad Vos, quae habui a Vobis; sed in primis gestio, ut una cum iis revertantur

Fides, Existimatio, Cultus et Observantia animi mei, quae semel erga Vos in me exortae, altius infixae perseverant, et perseverabunt, quousque dederit Deus hac me luce perfui. Valete, NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI VIRI; meque inter primos Dignitatis, Gloriae et Ornamenti Vestri studiosissimos putate et habete.

Dabam ex Monasterio S. Michaelis de Muriano Venetiarum Kalendis Novembris Anni M.DCC.LXXI.

Il volume dell'edizione Mittarelli conteneva:

CHRONICON *Tolosani* canonici Faventini, nunc primum in lucem prolatum ex Ms. Codice Faventino membranaceo nobilissimi Viri *Hannibalis Ferniani* Comitis et Equitis S. Stephani, cum synopsi et brevibus in Chronicon animadversionibus et notis.

CHRONICON FAVENTINUM *Petri Cantinelli* Bononiensis, inde Faventini incolae, quod editum est ex Codice Eugubino, existente in *Bibliotheca Armannia* ejusdem urbis Eugubinae.

CHRONICA BREVIORA, aliaque Monumenta Faventina olim a *Bernardino Azzurinio* collecta.

EXCERPTA visa et lecta ab eodem *Azzurinio* in quodam antiquissimo libello scripto manibus diverso tempore, existente penes equitem *Antonium Ubertellum* Faventinum.

CHRONOLOGICAE NOTITIAE extractae ab ipso *Azzurinio* ex rotulis veteribus partim in domo sua existentibus, partim in alia domo *Jacobi de Pasiis*, nec non in archivo *Conventus S. Francisci de Faventia.*

EPISTOLA *Alexandri Zuccholii* Faventini scripta Venetias ad filium suum Medicum ibidem commorantem; altera *Johannis Zuccholii* ad magistrum Gregorium nepotem suum anno 1488.

FUNDATIONES ecclesiae et conventus *S. Hieronymi FF. de Observantia* extra portam Montanariam Faventiae; Monasterii *S. Humilitatis* et Conventus *FF. Cappuccinorum.*

CHRONICA *Conventus S. Andreae* de Faventia Ordinis FF. Praedicatorum.

QUAEDAM NARRATIUNCULA ex Veteri Chronico.

APPENDIX *Monumentorum* Faventinorum.

INSCRIPTIONES VETERES Faventinae.

TESTIMONIA vel MENTIO *Veterum Scriptorum* de Faventina Urbe.

PRISCA MONUMENTA *ex Membranis, et Antiquarum Membranarum Excerpta,* quae ad Historiam Faventinam faciunt, collecta et per annos distributa ex pluribus Tabulariis.

MANTISSA CHARTARUM ex Tabulario Bononiense.

INDICES CHRONOLOGICI Decem.

STATUTUM FAVENTINUM circa Officiales Custodiae ex membranaceo Codice Comitis *Rodulphi de Zaulis* Patricii Faventini, ad annum MCCCCXCIII.

VITAE SS. QUATUOR TERENTII, SABINI, EMILIANI ET PETRI DAMIANI, Protectorum Urbis Faventiae, a *Johanne-antonio Flaminio* Foro-corneliense conscriptae.

DE LAUDIBUS URBIS FAVENTIAE ejusdem *Flaminii* epistola ad Antonium Puccium S. R. E. Cardinalem.

DE LAUDIBUS URBIS FAVENTIAE Epistola *Zacchariae Ferrerii* Episcopi Gardiensis et Gubernatoris Faventiae ad Hadrianum pp. VI.

NUNCUPATORIA EPISTOLA *Petri Nicolai Castellani* Faventini Operis de *Immortalitate Animorum* ad Clementem pp. VII.

EPISTOLA de *Tabulario Azzuriniano* Cl. Viri *Hieronymi Ferrii* Lonzanensis Rhetoris apud Faventinos.

RACCOLTA
DEGLI
STORICI ITALIANI

dal cinquecento al millecinquecento

ORDINATA

DA

L. A. MURATORI

NUOVA EDIZIONE RIVEDUTA AMPLIATA E CORRETTA

CON LA DIREZIONE

DI

GIOSUE CARDUCCI - VITTORIO FIORINI

PIETRO FEDELE

TOMO XXVIII (Mittarelli) - **PARTE I**

(MAG. TOLOSANI CHRONICON FAVENTINUM)

BOLOGNA - NICOLA ZANICHELLI

MAGISTRI TOLOSANI

CHRONICON FAVENTINUM

[AA. 20 av. C.-1236]

A CURA
DI
GIUSEPPE ROSSINI

BOLOGNA - NICOLA ZANICHELLI

Ai miei concittadini

" Nihil intermittendum est, quod potest ad decorem
" crescere civitatis ".

CASSIODORO.

PREFAZIONE

L'AUTORE DELLA CRONACA.

L'ab. Mittarelli, iniziando la sua pregevole raccolta colla pubblicazione del *Chronicon Tolosani canonici faventini*, giustamente osservava che questa era la storia più antica che ci rimanesse della città di Faenza.

Ma la Cronaca del Tolosano non è soltanto la storia più antica di Faenza, essa è pure una fonte preziosissima per la storia medievale romagnola, anzi per la stessa storia generale, perchè vi si contengono, oltre le notizie locali, oltre la narrazione delle vicende di Faenza nei suoi rapporti colle vicine città di Forlì, Ravenna, Imola e Bologna durante i sec. XI e XII, alcune relazioni di avvenimenti d'indole generale, come la fondazione di Costantinopoli, le imprese di Carlo Magno, la storia delle prime quattro Crociate, le lotte fra gl'Imperatori di casa Sveva e i Comuni Lombardi, sì che di essa, quale fonte di storia romagnola, si sono largamente serviti i cronisti Romagnoli, e, come fonte di carattere generale, già da tempo i compilatori tedeschi dei *Monumenta Germaniae Historica* si sono proposti di pubblicarla nella loro celebre raccolta [1].

*
* *

Il canonico Tolosano visse a Faenza sulla fine del secolo XII e morì nel 1226. La prima memoria che lo riguarda è del 1189, e vi figura di già col titolo di " *magister* " e come canonico diacono della chiesa cattedrale faentina. Dal titolo di *magister*, che sempre accompagna nei documenti il suo nome, lo Zuccoli arguiva che egli fosse maestro in teologia e nella lingua latina: " *qui titulus*, aggiunge il Mittarelli

---

[1] " La Cronaca del Tolosano benchè abbia carat- " tere locale, pure per l'influsso che le varie lotte e " guerre delle città dell'alta e media Italia ebbero negli " ultimi tempi degli Svevi sulla storia del regno ed im- " pero Germanico, vedrà la luce pure nei nostri " Mo- " numenta ": la pubblicazione però di quest'opera pre- " senta molte difficoltà di diversa natura " (Simonsfeld, *Untersuchungen zu den Faentiner Chroniken des Tolosanus und seiner Fortzetzer*, in Sitzungsb. d. bayer. Akad. d. Wissenschaft, III, p. 364, Monaco, 1893).

" nella sua prefazione, *non nisi claris et nominatis viris per ea tempora concedebatur* „. Non saprei dire se *Tolosanus* poi fosse il suo nome proprio, o indicasse il luogo di sua origine (Tolosa): osservo però che altri canonici suoi colleghi, che con lui compaiono negli stessi atti capitolari del tempo, al nome di origine aggiungono il nome proprio, come Pietro di Gubbio è sempre detto *Petrus Augubinus*, Pietro di Pavia *Petrus Papiensis*, mentre il nostro cronista nei documenti del tempo, e poi dagli altri nostri antichi storici, non è mai indicato con altro nome oltre quello di *magister Tolosanus*: soltanto nel sec. XVIII il Magnani, altrettanto pio sacerdote che infelice critico, ha incominciato a denominarlo *Agostino Tolosano*; nè mi so rendere ragione perchè così lo chiami pure nelle sue Memorie il nostro Valgimigli, mentre il Mittarelli fin dal suo tempo aveva notato " *quem nescimus quo fundamento Magnani appellat Augustinum* „ [1].

Quantunque canonico dell'ordine diaconale e non presbiterale, il Tolosano ebbe nel Capitolo faentino una posizione di riguardo, come si rileva dalla copiosa documentazione e dal contenuto degli Atti capitolari cui intervenne. Il Mittarelli e il Borsieri nelle loro rispettive Prefazioni all'edizione del Tolosano, di cui parleremo più avanti, elencano 14 documenti, che vanno dal 1188 (meglio 1189) al 1220, nei quali figura il nome del Tolosano; dopo più accurate ricerche nell'archivio capitolare e tra le carte conservate oggi nella biblioteca comunale di Faenza, ho potuto allargare tale documentazione al punto di riscontrare il suo nome in ben 40 documenti, che qui riporto in nota [2].

---

[1] MITTARELLI, *De litter. favent.*, c. 172.

[2] 1189 aprile 25. " Faventiae, apud ecclesiam " S. Petri. Canonici Berardus, Petrus, Melior Domi- " nicus praesbyteri, Teudericus Scanelli, Petrus Gercii, " Ugo Boneldae, Rodulfus, Airardus, Brando, *magister* " *Tolosanus* diaconi, locant Guidoni de Ronco terras " in fundis Runco, Guibanise, etc. territ. favent. plebe " Corletae. Denago notar. favent. „ (Archivio Capitolare di Faenza). Il Mittarelli e con lui il Borsieri, il Simonsfeld e gli altri citano erroneamente quest'atto sotto la data 1188.

1190 febbraio 2. " Faventiae, juxta ecclesiam " S. Petri. Canonici Petrus, Dominicus, Melior prae- " sbyteri, Ugo Bonildae, Petrus Gercii, Teudericus Fra- " sconis, *magister Tolosanus*, Rigo Tolomei, Rodulfus " et Brando diaconi, locant Montisello, Zundolo et " Peppo fratribus casamentum in burgo Portae Ymo- " lensis in regione S. Vitalis. Denago not. fav. „ (Archiv. Capit.).

1190 febbraio 2. " Faventiae, juxta ecclesiam " S. Petri. Iidem Canonici locant Podingo aliud casa- " mentum in eodem loco „ (Archiv. Capit.).

1192 aprile 10. " Faventiae, apud ecclesiam S. Pe- " tri. Joachinus praepositus locat Ugolino terram in " Prato, territ. et plebe favent. Subscribunt: Joachinus, " Rusticus praesbyt. *Tolosanus* diaconus (*firma autentica* " *del Tolosano: vedi riproduzione nella Tavola qui interca-* " *lata*) et alii. Denago notar. favent. „ (Archiv. Capit.).


1192 luglio 24. " Faventiae, in ecclesia S. Pauli. " Praesbyteri Congregationis S. Emiliani locant in " 100 annis Canonicis terras in Virano et Porclano, " territ. et plebe favent. Inter testes: Bernardus epi- " scopus Fav., *magister Tolosanus* et alii canonici. De- " nago notar. favent „. (Archiv. Capit.).

1192 agosto 26. " Faventiae. Joachinus praepo- " situs, Berardus, Petrus, Rusticus, Dominicus, Melior " praesbyteri et Teudericus Frasconis, Rodulfus, Mar- " tinus et *magister Telosanus* diaconi, locant domum " in regione S. Petri. Joannes notar. favent. „ (Archiv. Capit.).


1194 ottobre 2. " Faventiae, in ecclesia S. Petri. " Maria q. Joannis Picii refutat Joachino praeposito " omnia jura circa terram in Virano. Testes: Petrus, " Bernardus, Melior praesbyteri, Peppus de Gercio, Mar- " tinus, Rigo Tholomei, *magister Tolosanus* diaconi, " canonici. Denago notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1195 marzo 15. " Faventiae, in ecclesia S. Petri. " Diana relicta q. Guidonis Ramberti refutat Joachino " praeposito omnia jura in clausuriam de Barbarino " quam vir ejus in suo testamento reliquerat ecclesiae " faventinae. Testes: Melior, Drudo, Dominicus prae- " sbyteri, Rodulfus, *magister Tolosanus*, Brando et Phi- " lippus diaconi, canonici. Denago notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1196 aprile 1. " Faventiae, in pallatio episcopii " Bernardus episcopus favent. et Joachim praepositus " promittunt Martino priori Heremi Camaldoli et May- " nitto abbati Monasterii SS. Laurentii et Hippolyti de



Atto di donazione del canonico Tolosano 15 agosto 1220. *(Arch. Capitolare di Faenza).*



Sottoscrizione autentica del can. Tolosano ad un atto capitolare del 19 aprile 1192.
(Arch. Capitolare di Faenza).

Dall'esame di questi documenti si rileva che il Tolosano dal 1189 al 1220 è sempre presente agli atti capitolari, e a quelli di ordinario interesse e a quelli più importanti, ed anche quando da solo o con pochi colleghi si tratti di rappresen-

---

" Fav. quod in consecratione dictae ecclesiae, quam " sunt facturi, non minuent jus et honorem dicto mo- " nasterio. Inter praesentes: *magister Tolosanus* cum " aliis canonicis. Benveniens notar. Favent. „ (*Arch. Camald.* in Arch. Stato Firenze, ed. Schiaparelli, *Regesto di Camaldoli*, II, p. 306; cf. *Annal. Camald.*, IV, 161; Mittarelli, c. 459).

1196 aprile 2. " Dictus Bernardus episc. renovat " coram judicibus praedictam promissionem. Inter alios " subscribit *magister Tolosanus* diac. canon. „ (*ivi*).

1201 febraio 14. " Faventiae, in mansione quondam " Imeldae Faventiae filiae Aurei. Jacobus nuncius Com- " munis Fav. ex praecepto Perticonis Judicis mittit " Ubaldum praepositum eccl. fav. in possessionem " dictae domus. Inter testes: Rusticus, Petrus Gercii, " Rodulfus, *Tolosanus*, magister Petrus, Brando cano- " nici, praesb. Joannes batizator etc. Denago notar. " faven. „ (Archiv. Capit.).

1202 settembre 13 (?). Essendo sorta questione tra l'abbazia di S. Maria *foris portam* di Faenza e l'ospedale di Vincareto " episcopus favent. (Theodori- " cus) hujusmodi causam primum *magistro Tolosano*, " secundo Henrico Tolomei et Martino canonicis fa- " ventinis commisit „; ma siccome dalla sentenza di questi fu appellato alla S. Sede, Innocenzo III " Late- " rani idibus septembris pontificatus anno quinto „ (?) ne affidò la causa all'abate di S. Giuliano di Rimini (da carta perduta del Monastero di S. Maria foris portam, citata dal Mittarelli, c. 461).

1203 gennaio 4. " Faventiae, juxta ecclesiam " S. Petri. Canonici eccl. Fav. Rusticus, Dominicus, " Orlandus praesbyteri, *magister Tolosanus*, Rodulfus, " Philippus diaconi, concedunt ad medietatem Joanni " de Leulis et Jacobo fratribus tenimentum in Monte " territ. et plebe Sarne. Joannes notar. favent. „ (copia dell'8 marzo 1224, in Biblioteca Comunale di Faenza).

1203 aprile 26. " Faventiae. Rusticus, Domini- " cus, Joannes, Orlandus praesbyteri, *magister Telosa-* " *nus*, magister Petrus, Rodulfus, Peppus Gercii, Hen- " ricus Tolomei, Nicholus et Philippus canonici, no- " mine pacti concedunt Ingizae de Casella terram in " Ruibaria juxta Manfredos, territ. et plebe favent. " Joannes notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1203 maggio 21. " Faventiae, in palatio Episcopi. " Teudericus episc. fav. una cum praesbytero Martino " capellano S. Rencii (Terentii) locat *magistro Tollesano* " *et magistro Orlando fratri ejus* tenimentum quod jure " dicte eccl. S. Rencii isti tenent in Roncaliis, territ. " et plebe favent. Beneintopatus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1203 ottobre 21. " Faventiae, in balcone cano- " nicae S. Petri. Rolandus praepositus, Dominicus, " Rusticus, Joannes praesbyteri et Martinus, Philippus, " magister Petrus, Brando, Nicholaus, Arardus, *magi-* " *ster Tolosanus* et Rodulfus canonici jure enfiteutico " concedunt Auliverio et Inzegnae uxori ejus casam " cum tubata positam in regione S. Michaelis. Vi- " vianus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1205 aprile 13. " Faventiae, apud canonicam S. Pe- " tri. Orlandus praepositus, consentientibus Dominico, " Joanne, Alberto, *magistro Tolosano* et Martino cano- " nicis, libelli nomine concedit Imeldae q. Floritte " terras in Curillano, territ. favent. plebe S. Mariae " in Sarna. Simon notar. favent. „ (in Bibliot. Comun. Faenza).

1207 settembre 13. " Faventiae, in ecclesia S. Pe- " tri. Tiberzana promittit Orlando praeposito manere " in possessione domus q. Tusetti positae in regione " S. Petri. Inter alios canonicos testes: *magister Tolo-* " *sanus*. Signorellus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1208 gennaio 15. " Faventiae. Guireria donat " *magistro Telosano* canonico accipienti pro eccl. S. Pe- " tri terram in Virano, territ. et plebe favent. Ugo " notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1208 gennaio 25. " Faventiae. Orlandus prae- " positus, Dominicus, Albertus, Ubaldus praesbyteri et " Martinus, Enricus, *magister Tollosanus* diaconi, cano- " nici eccl. fav. locant Aldrovando et Adalasiae uxori " ejus terras in fundo Silini juxta fossatum Traturium. " Bulgarellus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1209 aprile 12. " Faventiae, in domo canonico- " rum. Orlandus praepositus, Dominicus, Albertus, " Joannes praesbyteri, et *magister Tholesanus*, magister " Petrus, Rodulfus et Martinus diaconi canonici, locant " Dominico fabro de Guarcinorio terras in Honorata, " juxta ecclesiam de Guarcinorio, territ. favent. plebe " S. Agathae. Bartholomaeus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1209 giugno 20. " Faventiae, apud ecclesiam S. " Petri. Orlandus praepositus, *magister Tolosanus*, et " praesbyteri Dominicus et Joannes, canonici, conce- " dunt Guidoni Trinquilliani modicum spatium terrae " in tumba de Gargugnano. Jacobus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1209 ottobre 30. " Faventiae, apud S. Petrum. " Joannes, Hubaldus, Albertus praesbyteri, et *magister* " *Tolosanus*, Martinus, Filippus, magister Petrus, cano- " nici et Albertus et Brandolinus hostiarii et Rolandus " praepositus, faciunt libellum cum Guillielmo, Zan- " nucio et Albertino Marignano de tenimento in Valle " Dolli. Joannes praesb. Andecimi testis, Theophilus " notar. favent. „ :

die vero 16 novembris. " *magister Tolosanus*, " nomine Rolandi praepositi, et Albertus et Girardus " hostiarii nomine Brandolini hostiarii, faciunt con- " tractum cum Scarsellino et aliis de dicto tenimento. " Theophilus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1209 dicembre 3. " Faventiae. Orlandus prae- " positus, *magister Tolosanus*, Rodulfus, Albertus, Ubal- " dus, Petrus Papiensis canonici absolvunt Michaelem " q. Martinelli ab omni jure supersiedii erga Domini- " cum, Martinum et Nicholaum canonicos. Aliottus " notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1210 agosto 28. " Faventiae, apud S. Petrum. Do- " minicus et Petrus Augubinus praesbyteri canonici. " consentientibus aliis canonicis Rustico, Alberto, Hu-

tarvi l'intero Capitolo. Così il 24 luglio 1192 il Tolosano compare come testimonio col vescovo faentino Bernardo ed altri cinque canonici ad un atto di locazione di terra fatta dal Capitolo alla congregazione dei preti o parroci urbani di S. Emiliano; il 13 settembre 1202, o meglio prima di questa data, essendo sorta questione tra il monastero di S. Maria *foris portam* e l'ospedale di Vincareto, il vescovo Teodorico di Faenza aveva affidata la lite al Tolosano e ad altri due canonici; il

---

" baldo, Rodulfo, *magistro Tolosano*, Martino, Phylippo, " magistro Petro Papiensi, Nicholao et Nicola, locant " terras in Casa majore in territ. favent. et plebe " S. Andreae, praesbytero Nicholae recipienti pro dicta " eccl. S. Andreae. Theophilus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1210 settembre 16. " Faventiae, apud S. Petrum. " Dominicus et Petrus Augubinus praesbyteri canonici, " praesentibus aliis canonicis Rustico, Joanne, Hubaldo, " Alberto praesbyteris, Rodulfo, *magistro Tolosano*, Martino, Philippo diaconibus, magistro Petro et Nichola " subdiaconibus, locant Guidolino q. Leoncii terram " in S. Cruce seu Cerretolo, territ. et plebe favent. " Theophilus notar. favent. „ (in Bibliot. Comun. Faenza).

1210 ottobre 23. " Faventiae, juxta ecclesiam " S. Petri. Rodulfus, Rusticus, Joannes, Ubaldus, Albertus, *magister Tollesanus*, Philippus, Nicholaus, " Petrus Papiensis et Nichola canonici locant Petro " Zanelli terram in Lithriola, territ. et plebe favent. " Jacobus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1211 ottobre 24. " Faventiae, in ecclesia S. Petri. " Albertus, Oddo et Nichola canonici, consentientibus " aliis, Dominico, *magistro Tolosano*, Rodulfo, Nicholao " de Attolis, Philippo et Girardo, libelli nomine con" cedunt Gilberto q. Salvastiani terras in Gargugnano. " Rustigellus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1212 dicembre 13. " Faventiae. Rambertinus Re" vezolus concedit Fulco praeposito, *domino Tolosano*, " Dominico, Martino, Nicholao, Alberto, Johanni, Ubal" do et Rustico canonicis, terram in Donosilio, territ. " favent. et plebe S. Petri in Lacuna pro locatione te" nimenti in Ordignano et in S. Salvestro, territ. et " plebe favent. „ (Archiv. Capit.).

1216 dicembre 23. " Faventiae, apud S. Petrum. " Rusticus, Hubaldus, *magister Tolosanus*, Martinus, " magister Petrus Papiensis, Nicholaus, Oddo et Gi" rardus canonici, libelli nomine concedunt Brinae " uxori Zatelli et Ugolino q. Graciani Farioli terras in " Matrella. Theophilus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1217 febbraio 21. " Faventiae, in ecclesia S. Pe" tri. Dominicus, Rusticus, Joannes, Hubaldus, *magi" ster Tolosanus*, Martinus, Philippus, Petrus Augubinus, " Nicholaus, Nichola, Oddo et Girardus canonici refu" tant Barucio et Auriolo filio ejus et aliis, inter alia " domum in burgo Portae Pontis, et debeant stare ad " sensum et arbitrium *magistri Tolosani* et domini " Aurei. Theophilus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1217 maggio 9 " Faventiae, apud S. Petrum. Fan" tolinus de Albertino Accarisii refutat *magistro Tolo" sano* canonico domum cum turri positam in civitate " Fav. in Lacuna, in Porta Pontis, in regione S. Pe" tri, juxta stratas et Palatium Communis. Sequitur " juramentum ipsius Fantolini. Theophilus notar. fa" vent. „ (Archiv. Capit.).

1217 maggio 16. " Faventiae. Dominicus cano" naco (*sic*) praesentibus *magistro Tolesano*, Philippo et " Martino canonecis libelli nomine concedit Nicholae " q. Tornainbene clausuriam positam in S. Savino, " territ. et plebe favent. Tornainbene notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1217 maggio 24. " Apud Curilianum. Joannes et " Philippus canonici, nomine etiam *magistri Teolosani* " canonici, concedunt libelli nomine Giselae q. Orlan" dini et filiis ejus terras in Curiliano, territ. favent. " et plebe Sarnae. Testis Petrus praesb. plebis Sarnae. " Ugo notar. favent. „ (in Bibliot. Comun. Faenza).

1217 giugno 10. " Faventiae, apud S. Petrum. " Dominicus, *magister Tolosanus*, Martinus, Phylippus, " Nicholaus canonici libelli nomine concedunt Alberto " Petri de Bandolo terras in Cassina. Theophilus " notar. favent. „ (in Bibliot. Comun. Faenza).


1219 febbraio 7. " Faventiae. Albertus praepo" situs, Rusticus, Martinus, Dominicus, *Tolosanus*, Ni" cholaus de Attolis, Ubaldus canonici locant Alberto " Astulfoli de Zagonadi terras in Donisilio. Baldui" nus notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1219 marzo 24. " Faventiae, apud S. Petrum. " Albertus praepositus, Dominicus, Hubaldus et Joannes " praesbyteri, et *magister Tolosanus*, Philippus diaconi, " canonici, concedunt in emfiteusim Joanni Turiclae " terram in Zagonati, in loco Centum. Theophilus " notar. favent. „ (in Bibliot. Comun., e in Arch. Capit.).

1220 maggio 12. " Faventiae, in porticu cano" nicae S. Petri. Guido Annilini vendit Girardo cano" nico tenimentum positum in Podio Rumini, territ. " et plebe favent. Inter testes, *Tollosanus* canonicus. " Albertinellus Fontanae Monetae notar. favent. „ (Archiv. Capit.).

1220 agosto 15. " Faventiae, in dormitorio ca" nonicorum. *Magister Tolosanus* canonicus donat Al" berto praeposito clausuriam suam positam in Ron" caliis in territ. et plebe favent., pro remedio *ani" me mee et magistri Orlandi quondam fratris mei, qui " hoc mihi sepe et sepius dixit ut facerem pariter cum " eo, et pro remedio animarum parentum meorum et fra" trum, et etiam ego semper hoc facere disposui a multis " annis retro.... retento mihi usufructu in vita mea tan" tum.* Testes: Johannes, Hubaldus, Martinus, Nicho" laus et Rodulfus Lucensis canonici, Jacobus tabellio, " Johannes hostiarius, Johannes ministralis, Artulfus " et Bonagurius „;

" die vero 16 augusti, in Roncaliis, Albertus " praepositus apprehendit possessionem et tenutam de " dicta clausuria. Theophilus notar. favent. „ (Archiv. Capit., *vedi riproduzione Tavola intercalata a p. VII*).



RICOSTITUZIONE DELLA PIANTA DELL'ANTICA CATTEDRALE E CANONICA DI S. PIETRO (SEC. XVIII) —



RICOSTITUZIONE DELL'ANTICA CATTEDRALE DI S. PIETRO (SEC. XVIII)

La Cattedrale di S. Pietro di Faenza, anteriore al sec. XV.
(disegno a mano esistente nell' Arch. Capitolare di Faenza).

21 maggio 1203 lo stesso vescovo, insieme con Martino prete e cappellano di S. Terenzio, conferma *canonico Tollesano et magistro Orlando fratri eius* la locazione della tenuta *in Roncaliis* di proprietà di S. Terenzio, di cui i due fratelli erano già investiti; il 15 gennaio 1208 il nostro canonico a nome del Capitolo riceve una donazione di terreno; il 16 novembre 1209 agisce in nome del preposto del Capitolo in altro contratto fondiario; il 9 maggio 1217 accetta a nome del Capitolo la restituzione fatta da Fantolino degli Accarisi di una *domus turrita* posta in *regione S. Petri juxta palatium Communis.* Due anni dopo, nel 1219, il Tolosano, mentre si trovava a tavola coi colleghi (i canonici conducevano allora ancora vita comune nella casa canonica presso la cattedrale), fu colpito da paralisi che lo privò dell'uso della favella, come sta registrato nella stessa Cronaca del Tolosano (cap. CLXXII); il che però non gli impedì di essere un'altra volta presente l'anno dopo, il 12 maggio 1220, ad un atto capitolare redatto " *in porticu canonicae S. Petri* ". L'ultimo documento in cui compare il suo nome è del 15 agosto 1220; l'atto questa volta è redatto " *in dormitorio canonicorum* ", il che fa supporre che il paralitico canonico vi giacesse in letto; presente però a sè stesso, egli fa donazione al Capitolo di alcune sue terre, e il notaio, quasi facendo parlare nell'atto l'infermo canonico, aggiunge che tale donazione egli fa " *pro remedio anime mee et mag. Orlandi quondam fratris* " *mei, qui hoc mihi sepe et sepius dixit ut facerem pariter cum eo, et pro remedio* " *animarum parentum meorum et fratrum, et etiam ego semper hoc facere disposui a* " *multis annis retro* ". Di questo maestro Orlando, fratello del nostro, vivo nel 1203 e morto da tempo nel 1220, non abbiamo alcuna altra notizia. Abbiamo detto che dopo quest'atto del 1220 negli atti capitolari non compare più il nome del Tolosano; il Mittarelli aggiunge bensì che in un processo sull'origine della " *Cella Montis-* " *clarii* " (oggi parrocchia rurale delle *Celle*), già dipendente dal monastero di S. Maria *foris portam*, un testimonio si riporta ad una attestazione in merito del maestro Tolosano, ma di questa notizia non ci dà nè la fonte nè la data.

Il Tolosano sopravvisse ancora sette anni dopo l'attacco apopletico, essendo morto il 5 aprile 1226 (domenica di Passione), come sta registrato nella Cronaca (cap. CLXXXIX); nè l'inserzione nella Cronaca di questo particolare farà maraviglia quando si avverta che la sua Cronaca ha avuto un continuatore che ha condotto la narrazione dei fatti fino al 1236.

Se dall'esame dei citati documenti troppo poco siamo informati intorno alla persona del nostro maggior cronista, qualche cosa di più sulla sua cultura possiamo apprendere dall'esame della sua Cronaca. Dico *sua*, perchè non vi è ragione di dubitare che *se non tutta, almeno la maggior parte di essa sia opera del Tolosano.* Lo stesso continuatore, o chiunque altri sia stato che inserì nella Cronaca la notizia dell'infermità, poi della morte sua, per ben due volte chiama il Tolosano " *compilator libri huius* ". L'autore poi rivela lui medesimo la sua condizione di ecclesiastico.

La preghiera che mette sul labbro dell'arcivescovo Pietro di Ravenna, prigioniero

di Tegrimo conte di Toscana in Modigliana (965-966): " *Rogamus te, Domine Deus,* " *quia peccavimus tibi*; *veniam petimus quam non meremur*; *manum tuam porrige lapsis,* " *qui latroni confitenti paradisi ianuam aperuisti*; *vita nostra in dolore suspirat et in* " *opere non emendat*; *si expectas, non corripimur, et si vendicas, induramur* ", è composta di frasi che in parte si trovano nell'ufficiatura corale, in parte sono tolte da una preghiera attribuita a S. Agostino, e più volte dovevano aver risuonato pure sul labbro del nostro canonico.

Molte altre frasi, che egli usa e ripete con incredibile insistenza, hanno uno spiccato sapore ecclesiastico e liturgico, come: *sanctissimam* (o *pretiosam*) *omnipotenti Deo reddidit animam* — *signum sancte crucis levantes* — *signo sancte crucis foris et intus signati* — *nostrum et omnium rerum Creatorem obtestor* — *ut sanctissime placuit Majestati* (*Creatori*, *Trinitati*) — *hanc victoriam non sibi*, *sed Domino tribuit* — *ac si vidissent angelum Dei* — *nostris exigentibus meritis peccatorum* — *tamquam novi sub tempore gratie Machabaei* — *Deo dante*, *largiente*, *jubente* — *Deus omnipotens sua benignitate pluviam dignatus est mittere* — *adjuva nos, beate Petre, vexillifer noster* (S. Pietro è il titolare della cattedrale) — *serpente suadente*, *suadente illo lethifero angelo qui mendacio preest et fallaciis*, *qui semper circuit quem devorare possit* (quest'ultima frase per es. si trova nell'ufficiatura corale di Compieta).

Altre frasi, tolte dalla Bibbia, come queste: *tamquam leones ad predam parati* (Ps. XVI, 12) — *quasi tuba vocem exaltans* (Is. LVIII, 1) — *induerunt se loricas sicut gigantes* (cf. I Mach. III, 3) — *similes facti sunt leoni in operibus suis et tamquam catuli leonum rugientes in venatione sua* (cf. I Mach. III, 4) — *aquilis velociores*, *leonibus fortiores* (II Reg. I, 23) — *viri et mulieres*, *senes cum junioribus* (cf. Ps. CXLVIII, 12) — *extrema gaudii luctus occupat* (Prov. XIV, 13) — *in omnibus vanitas*, *ut ait Salomon*, *et afflictio anime et nihil permanet sub sole* (cf. Eccl. 1, 2, 14; II, 11) — *versa est in luctum cithara nostra*, *organum nostrum in vocem flentium* (Job. XXX, 31) — *opprobrium vicinis nostris*, *subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt*.... *adiuva nos, Deus salutaris noster* .... *redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum improperium ipsorum* (cf. Ps. LXXVIII, 4, 9, 12) — *vita nostra in dolore suspirat* (cf. Ps. XXX, 11) — *cujus novissima pejora fuere prioribus* (Matt. XII, 45; Luc. XI, 26) — *Deus qui de excelso suo sancto prospiciens* (cf. Ps. CI, 20) — *videre corruptionem populi nostri* (cf. Ps. XV, 10) — *quomodo ceciderunt fortes tui in bello?* (cf. II Reg. I, 25) — *non in multitudine exercitus victoria belli*, *sed de caelo est* (I Mach. III, 19) — *adjutor in tribulationibus quae invenerunt nos nimis* (Ps. XLV, 2) — *quasi vidua sedet domina gentium et terra sanctissimæ facta est in tributum* (cf. Jerem. Thren. I, 1), che si trovano disseminate qua e là nella Cronaca, si leggono pure dagli ecclesiastici nelle ore canoniche.

Ma dove il nostro canonico si abbandona al lirismo biblico, è specialmente nelle concioni che mette sul labbro ai duci delle milizie al momento della battaglia. Così il leggendario conte di Vitry, parlando ai Faentini (1080) dopo la vittoria sui Ravennati

(cap. XLIII), in un discorso infiorato di squarci poetici, rivolge a Dio una preghiera che è un mosaico di passi scritturali, come qui si può vedere:

" Avertatur, obsecro Domine, furor tuus a populo " tuo et a civitate tua hac; tuo inexpugnabili muro cir- " cumcinge eam, Domine, et armis tue potencie protege " eam senper, Deus noster, qui celorum contines thronos " et abissos intueris; Domine rex regum, qui montes " ponderas et terram palmo concludis; non enim in " iustificationibus nostris prosternimus ante faciem " tuam, set in miserationibus tuis multis. O fratres " Domini et conmilitones mei, indico vobis quid sit " bonum aut quid Dominus requirat a vobis: facere iu- " dicium et iusticiam, et sollicite anbulare in viis eius; " sperate in Domino et facite bonitatem.... Spiritus " Sanctus visitare dignetur corda populi huius clamantis " ad te in necessitatibus eorum ". Cumque simul omnes respondissent: *Amen* .... iterum sic orsus est: " Et pa- " veant pavore magno et confundantur qui persecun- " tur vos, et fluant ante vos et ista signa, sicut cera a " facie ignis et sicut ros ante solem deficiant; et nati " natorum et qui nascentur ab illis in interitum in " perpetuum sint.... et clamor de domibus eorum au- " diatur, et duplici contritione contere eos, Domine " Deus noster ".

Avertatur, obsecro, ira tua et furor tuus a civitate tua (Dan. IX, 16).

Benedictus es, qui intueris abyssos (ivi, III, 55).

Quis caelos palmo ponderavit? quis libravit in pondere montes? (Isai. XL, 12).

Neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis (Dan. IX, 18).

Indicabo tibi quid sit bonum et quid Dominus requirat a te: utique facere judicium.... et sollicitum ambulare cum Deo tuo (Mich. VI, 8) — *facite judicium et justitiam* (Jerem. XXII, 3) — *spera in Domino et fac bonitatem* (Ps. XXXVI, 3).

Confundantur qui me persequuntur .... paveant illi (Jerem. XVII, 18).

Sicut fluit cera a facie ignis (Ps. LXVII, 3).

Fiant nati ejus in interitum (Ps. CVIII, 13).

Audiatur clamor de domibus eorum (Jerem. XVIII, 22) — *duplici contritione contere eos* (ivi, XVII, 18).

E nel discorso del ravennate Guido di Albertino alla battaglia di Varano (1170) (cap. LXXVII):

" Infinitas et inmensas gratiarum actiones nostro " tenemur reddere Creatori .... delete generationem ma- " lam et adulteram .... dissipate illos qui senper bella " volunt ".

Generatio mala et adultera signum quaerit (Matt. XII, 39).

Dissipa gentes quae bella volunt (Ps. XVII, 31).

E a sua volta il faentino Teodorico di Guglielmo nella stessa circostanza arringando i suoi soldati (cap. LXXVIII):

" Talem diem cupiebant nostri videre maiores: " viderunt multociens et gavisi sunt gaudio magno ".

Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: vidit et gavisus est (Joan. VIII, 56).

Ancora è il console faentino Aureo che nella concione al popolo armato e raccolto nel greto del Lamone, sul punto di sostenere l'urto del Conte Bertoldo di Königsberg (1185), con enfasi biblica esordisce (cap. C):

Audite, cives fortissimi, audite cives bellorum magistri peroptimi .... auribus cordis verba ista percipite....

Audite, reges, auribus percipite, principes (Judic. V, 3) — *auribus percipite omnes qui habitatis orbem* (Ps. XLVIII, 2).

e termina:

Tunc vestre victorie gloria divulgabitur a mari usque ad mare, a flumine isto (*il Lamone*) usque ad flumen orbis terrarum (!)

Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum (Ps. LXXI, 8).

E si potrebbe continuare: ma gli esempi addotti possono bastare per convincerci che l'autore della nostra Cronaca può ben essere un ecclesiastico, un canonico, uno insomma che aveva familiare l'uso della Bibbia e quotidiana la lettura del breviario.

La Cronaca è scritta in latino, nel latino comune del tempo; le lodi date al Tolosano dallo Zuccoli e dal Mittarelli, " che egli fu maestro nella lingua latina nella " quale scrisse assai ed anche poeta dotto „, vanno abbassate di tono; il suo latino, almeno nel testo conservatoci dal manoscritto più antico, è molto scorretto, non solo nella grafia, chè questo potrebbe esser colpa dell'ammanuense, ma nella grammatica e nella sintassi; mentre d'altra parte non si può negare che il Tolosano abbia coltivata la poesia e possedesse una certa cultura letteraria e direi umanistica, se la parola non fosse qui anacronistica. È questa anzi una delle caratteristiche più spiccate del nostro cronista, cosa del resto comune ad altri cronisti medievali, l'avere infiorata la sua prosa ed elevata la tonalità del suo stile pedestre con non pochi versi, i quali, benchè non sempre fedeli alle rigide leggi della metrica classica, si leggono volentieri e mostrano nel nostro, se non una notevole cultura classica, almeno qualche pretesa di reminiscenze virgiliane. Di Virgilio e di Orazio anzi riporta pure qualche verso:

.... quid non mortalia pectora cogis
auri sacra fames
(*Eneid.*, III, 56-57).

Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?
(Horat., *Epist.*, I, 1, 100).

Per comodità degli studiosi raccolgo qui insieme tutti i versi che ho trovati sparsi qua e là nella Cronaca, come cercò pure di fare il Mittarelli nella sua Prefazione, in modo però incompleto e inesatto:

Saxonum Karolus princeps et apostolus ipse;
Karolus orbis honor, orbis et ipse dolor. (cap. IV)

Bella gerunt, ingens clamor ad sydera tollitur;
res gladiis geritur. (cap. XXXV)

Solacium est miseris socios habere penarum. (cap. XXXV)

Bella gerunt, omnes replent clamoribus auras,
et dolor in pugnam cunctos conmunis agebat;
nec requies datur ulla viris, furit undique bellum,
telorumque volant cunctis ex partibus imbres.
Percutit hic illum ferro, premittit ad umbras;
in vultus ruit ille suos calidumque cruorem
ore vomit, stratusque super sua palpitat arma.
Sanguine cunctorum manabant undique canpi. (cap. XLII)

(.... qui animo)
Cesar erat, forma Paris et actibus Hector,
Tullius eloquio consciliisque Cato. (cap. XLIII)

Et sublimis equo volans agmina circum
et cunctorum animos ad prelia firmans. (cap. XLIII)

Exaudi me, queso, Deus Salvator Jesu,
qui celi fabricator ades, qui conditor orbis,
qui non ut magnis solum, set vilibus, inquam,
disponis rebus bene consistencia cuncta;
omnia nam quecumque velis facis ordine summo:
cuique subest posse, fuerit cum prona voluntas,
ast ubi deest velle, fugiet procul utique posse;
sic ubi adest velle, properat ibidemque posse. (cap. XLIII)

Alme pater Petre, supplex te posco, beate,
utque Dionisio velis associare fideli,
quem Franci patrem apostolumque tenent. (cap. XLIII)

Inclitus, insignis, iocundus, strenuus, altus,
laudari probitas cuius ab hoste potest,
actibus ethereum dignus habere locum. (cap. XLIII)

Hec vexilla duo signancia fedus amoris
militibus vestris et pacis dono, duobus
intravi quibus magno susceptus honore;
ad vos cum veni multis sociatus amicis,
presidiumque tuli vestros sternendo rebelles,
hec duo signa dedi, duo postis fixa reliqui,
que simul inspecta penitus dicentur hec illa:
Jesu Christe, tua rex cum genitrice Maria, ·
qui dux, qui custos, qui vincere diceris hostes,
in quo qui certat, erit in certamine victor,
istis vexillis da senper vincere dignis,
ut vicina neci maneant prostrata sub illis;
ut mare, terras vidi, ubi victi sunt inimici,
que cum viderunt ipsi sua terga dederunt.
Hec simul incedant ut fratres tramite recto,
atque revertantur devictis hostibus anbo,
pulchra sui (specie) cernentibus ipsa decora;
nam radiant nimium vario distincta colore.
Qui legis, o lector, signorum cerne colores. (cap. XLIII)

Protinus ingreditur leo bellicus alter Achilles
et cernit solo cuncta subacta metu.
Clavibus acceptis et civibus inde reiectis,
dantur victori menia nuda suo.
Ultrici flamma permisit cuncta cremari,
legem quam tulerant ut paterentur eam.
Curru, vexillo, signis, armis spoliati,
urbem cum gemitu deseruere gravi.
Equatur vallum, turres franguntur, et omnis

murus, et inde ruit quicquid in urbe fuit.
Plebs dolet infelix que, longius ire negata,
spectatrix dampni cogitur esse sui. (cap. LIV)

Qui genibus flexis et collis illaqueatis
ante suos humiles procubuere pedes;
conversis gladiis capulos tribuere tenendos,
et sibi pars ensis tuta relicta fuit. (cap. LXI)

Tunc princeps sublimis equo volat agmina circum
hortaturque duces, animos in prelia firmans.
Mox ipse in medios audax se proripit hostes
oppositasque acies stricto diverberat ense;
percutit hic cunctos et territat ense cruento,
illic multorum sternuntur utrinque virorum
corpora per canpos, et sanguine prata rigantur. (cap. LXII)

Cedite tunc illos gladio: qui parcit in hostem
ipse sibi est hostis; vitam qui prorogat hosti
derogat ille sue; non est clemencia bello
hostibus esse pium: gravis est sibi dignaque cedi
cedis parca manus. Heros sic fatur, et ecce
conclamant omnes: — Ut iubes, sic faciemus! — (cap. LXXVII)

Si plene vultis patribus succedere vestris,
discite posse pati famem, sitim, frigus, calorem .... (cap. LXXVIII)

Vestro audito signo statim figite gressum ....
set revertentes omnes colligite hostes.... (cap. LXXVIII)

Concurrunt acies omnes clamore soluto;
horrisonis versant tenues ululatibus auras
classica terrifico diffringunt arva boatu:
fit sonus utrinque et latus colliditur aër
et referunt raucos montana cacumina cantus.
Iam fragor armorum, iam cedes bellica vincit
clangorem lituum; subtexunt astra sagitte,
telorumque frequens obnubilat aëra nimbus. (cap. LXXVIII)

Sic nostri cunctos invadunt fortiter hostes,
ut libicus cum forte leo procul agmina vidit
terga boum passim virides errare per herbas,
attollit cervice iubas siciensque cruoris
in mediam erecto contendit pectore turbam;
principio iaculis, post fiunt prelia telis;
mox rigidos stringunt enses, et fortibus armis
decernunt, partesque oculis rimantur apertas:
et modo tergore, tum modo duros fortibus ictus
depellunt clipeis. Ingens ad sydera clamor
tollitur et vastis repletur vocibus ether. (cap. C)

Attollunt animos, geminat victoria vires.
Hic dolor, hic gemitus; perit agris tensa iuventus:
involvunt equitum mortes cum turbine turbam.
Seminat in hostes lethi genus omne, cruentas
excuciens Bellona faces; gemit ille recluso
gutture, traiecto, iacet ille pèr ilia ferro:
hunc sudis exterebrat, hunc fundit funda vel arcus;
ille vomit saniem fractis cervicibus; illi
intestina cadunt, alvum sibi vendicat ensis.
Hostes dant terga, nostri fugientibus instant.
Multi iam pedibus, digitis manibusve recisi
vel labra precisi, penitus vel lumine cassi,
aut aliqua sibi membrorum parte minuti,
preterea que longa sui ludibria servant
frontibus impressa multis nota barbara signis,
hos quoque non homines, verum simulacra putares! (cap. C)

Tum vero in luctum dolor est resolutus amarum,
tum in res habuere suas lamenta, nec ultra
mobilis horrendos suppressit turba tumultus.
Non ciet astra fragor [tantus] cum quatuor axem
stelliferum quaciunt agitando tonitrua fratres.
O felix mortale genus, si senper haberet
eternum pre mente bonum, finemque timeret,
qui tam nobilibus media quam plebe creatis
inprovisus adest anime discrimine magno;
est hic exemplum: cui non sufficeret orbis,
sufficit exciso decisa marmore terra,
quinque pedum fabricata domusque; nobile corpus
exigua requiescit humo per secula cuncta! (cap. CIX).

A quale modello precisamente si sia ispirato il Tolosano per la composizione di questi versi non saprei dire; non mancano esempi, come abbiamo detto, di cronache del sec. XI e XII dove, come nel nostro ed anche più del nostro, la prosa è intercalata col verso; si direbbe quasi che era il *gusto* dei cronisti del tempo. Ho però trovato nel *Liber Maiolichinus*, poema dei primi anni del sec. XII, dove si canta l'impresa dei Pisani nelle Baleari (malamente dall'Ughelli[1] attribuito a un Lorenzo Veronese o Vernese, e dal Calisse[2] piuttosto ad un Enrico diacono o pievano di Pietro II arcivesc. di Pisa), non poche frasi così vicine a quelle del Tolosano che ho persino sospettato che egli possa averla avuta sott'occhio. Ma prescindendo dalla conoscenza che il Tolosano possa avere avuto del poema pisano, è certo che tanto l'autore di questo quanto il nostro cronista ebbero sott'occhio come modello per le

[1] UGHELLI, *Ital. Sacra*, X, 127; MURATORI, *RR. II. SS.*, VI, p. 111; MIGNE, *P. L.*, CLXIII, p. 513.

[2] *Liber Maiolichinus de gestis Pisanorum illustribus* a cura di C. CALISSE, in *Fonti per la Storia d'Italia* dell'Ist. Stor. Ital., Roma, 1904.

loro migliori frasi, l'Eneide di Virgilio e le Metamorfosi di Ovidio; il lettore potrà averne prova da alcune citazioni riferite nelle note di commento.

Sul punto di congedarmi dal paziente lettore, sento il dovere di porgere un riconoscente omaggio alla memoria dell'illustre e compianto Mons. Francesco Lanzoni, che ancora pochi mesi prima della sua morte (1929), mi incoraggiava con affetto di maestro, con insistenza di amico a questo lavoro, affidatomi dalla benevola fiducia dell'Istituto Storico Italiano; ringrazio pure l'egregio Bibliotecario della Comunale di Faenza prof. Piero Zama per la cortesia con cui ha messo a mia disposizione libri e manoscritti; il prof. Romeo Galli Bibliotecario della Comunale di Imola che mi fu largo di indicazioni topografiche antiche su quella città; e la nobile famiglia del Conte Riccardo Ferniani per l'accesso concessomi al suo domestico archivio.

Dedico questa mia fatica ai miei concittadini, perchè sia perenne testimonianza dell'affetto che mi stringe alla terra natale, perchè sia di incitamento agli studiosi a rievocare ed illustrare le gloriose memorie del suo passato.

Faenza, maggio 1936 - XIV.

GIUSEPPE ROSSINI.

LA CRONAÇA DEL TOLOSANO

DISPOSTA IN ORDINE CRONOLOGICO

20 av. e. v. - 712 (?)	- Incipit historia Faventine civitatis (Origini, Costantino, Grimoaldo, Liutprando) (cap. I).
(325)	- Quando imperator Constantinus Constantinopolim edificavit, que alio nomine retro tempore multo Bizancium vocabatur (cap. VII).
(630-667)	- De Fori Pompilii per Grimoaldum, regem Langobardorum, destructione (cap. IX).
(740?-756)	- Quando Favencia destructa fuit (cap. II).
(756-800)	- Quando Karolus obsedit Desiderium regem Lonbardorum in Papia (cap. III).
800	- Quando Karolus coronatus est imperator Romanorum (cap. IV).
778 (824)	- De prelio Palatinorum apud Runcivallem et obitu eorum (cap. X).
925 (965)	- De eo quod Tigrimus et Englarata matrimonium contraxerunt (cap. XI).
966	- Hoc responsum factum fuit per archiepiscopum Ravenne in turri Mutilianensi quando captus fuit a Tygrimo Tuscie comite et ab Englarata filia Martini Ducis de Ravenna eius uxore (cap. VIII).
950 ?	- De eo quod Marenasius seviciam exercebat in Faventinos (cap. XII).
1045	- De igne maximo et de destructione turris de Caminiça (cap. XIV).
1054 (?)	- De destructione civitatis Forlivii et seminatione salis (cap. XV).
....	- De origine et statu urbis Ravenne (cap. XVI).
1070	- De destructione castri Basilaci (cap. XVII).
1075	- De prelio aput Canpum de Contra conmisso (cap. XVIII).
1080 maggio 1	- De auxilio Faventinis prestito a comite de Vitria contra Ravennates (cap. XLIII).
1096	- Quando dominus Balduinus et dominus Gotefredus et dominus Aboiamons ultra mare transiverunt (cap. V).
1098	- De destructione castri Silve Maioris (cap. XXV).
1099 luglio 15	- Quando Ierosolima ab istis tribus principibus capta est (cap. VI).
1103	- Quando Favencia obsessa fuit ab Alberico Guidonis et a Marchianis (cap. XIX).
1106 (?)	- De cometarum apparitione, de solis ecclypsi aliisque meteoris (cap. XIII).
1115	- De secundo exitu nobilium de civitate (cap. XX).
1124	- Quando Cunium primo fuit obsessum (cap. XXI).
1125	- De secunda obsidione Cunii (cap. XXII).

1126 gennaio 4	- De prelio aput Durbecum conmisso (cap. XXIII).
1126	- De prelio in Granarolo facto (cap. XXIV).
1131	- Quando Ymolenses, timore Ravennatum et Bononiensium, dedere se Faventinis (cap. XXVI).
1132 gennaio	- De igne maximo (cap. XXX).
1132	- Quando Bononienses et Ravennates obsederunt Ymolam (cap. XXVII).
1132	- De excidio Sancti Cassiani (cap. XXVIII).
1134	- De destructione castri Serre (cap. XXXIV).
1136	- De destructione Castelnovi et Limitalti (cap. XXXVIII).
1136 giugno	- De prelio apud Sanctum Petrum in Lacuna conmisso (cap. XXXIX).
1137 febbraio	- De destructione castri Pergole (cap. XXXI).
1137	- De pace inter Faventinos et Ymolenses atque Bononienses, exclusis Ravennatibus (cap. XXIX).
1138 maggio	- De prelio aput Rivum Sanguinarium conmisso (cap. XXXV).
1138	- De destrucione castri Solaroli (cap. XXXVII).
1140	- Quando Faventini ivere in servicium Bononiensium super Mutinenses (cap. XXXVI).
1142	- Quando Faventini succurrerunt nobilibus Cesene obsessis a popolo (cap. XXXII).
1142	- De terremotu maximo (cap. XXXIII).
1143 gennaio 24-25	- Quando iuvenes fuerunt capti apud castrum Castelloni seu Castri-Leonis (cap. XL).
1144 maggio	- De prima obsidione Castri-Leonis seu Castillonis (cap. XLI).
1145 gennaio 12	- De fuga comitis et hominum de Cunio (cap. XLV).
1145 giugno	- De prelio aput Sanctam Luciam conmisso (cap. XLII).
1147-48-49	- Quando Faventini iverunt in servicium comitis Guidonis apud Montem de Cruce (cap. XLIV).
1147	- De destructione castri Cunii (cap. XLVI).
1148	- Quando Bononienses cum Faventinis iverunt ad obsidionem Imole (cap. XLVII).
1150 ottobre 14	- De secunda destructione Castelli Ymole (cap. XLVIII).
1151-(1153)	- De bello magno ante portam Ymole facto (cap. XLIX).
1151 agosto 23	- Quando accensus est ignis in domo Girardini de Farulfo (cap. L).
1155	- De igne civitatem comburente (cap. LXVII).
1155	- De gestis Frederici imperatoris (cap. LI).
1157-1167 sett. 25	- De comite Guidone et Ceparani destructione (cap. LXIX).
1159	- Schisma in Ecclesia ortum (cap. LII).
1161	- De igne maximo qui fuit in domo Casalini (cap. LXVIII).
1162 marzo 1-19	- A Frederico Mediolanum destructum (cap. LIV).
1164 (?) gennaio	- Quando Faventini lusere de mandato imperatoris in Broilo (cap. LV).
1167 (fine gennaio)	- Quando imperator Fredericus venit Ymolam, et tunc nostri duxere ad plebem Corlete (cap. LXIII).
1167 febbraio 16	- Quando dominus imperator misit noncios suos (cap. LVI).
1167 (luglio-agosto)	- Quando imperator Fredericus obsedit Romam aput Montem Porcum (cap. LVII).
1167	- Quando Mediolanum fuit rehedificatum (cap. LVIII).
1168 (1167)	- Quando Alexandria fuit edificata iubente Romano pontifice (cap. LIX).
1168 maggio-ottobre 6	- De secunda obsidione Castileoni seu Castri-Leonis (cap. LXX).
1168 ottobre	- De prelio apud Castrocarium et captione Raffanarie (cap. LXXI).
1168 ott.-nov.	- Hic Faventini fecerunt ccccc equites (cap. LXXII).

1169 febbraio	- De destructione Laurete (cap. LXXIII).
1169 giugno	- De prelio apud Calancum (cap. LXXIV).
1170 febbraio	- De prodicione ab inimicis in Faventinos conmissa (cap. LXXV).
1170 maggio	- De prelio aput Varanum conmisso (cap. LXXVI).
1170 maggio	- Oratio domini Guidonis de Ubertino (cap. LXXVII).
1170 maggio	- Oratio domini Thederici de Guillielmo (cap. LXXVIII).
1171 febbraio	- De excidio burgi in Sclavania (cap. LXXIX).
1171 marzo 8	- De prelio apud Sanctum Proculum commisso (cap. LXXX).
1171 maggio	- Quando Bononienses et Ravennates venere Faventiam et tunc inter eos et Faventinos pax reformata est (cap. LXXXI).
1171 luglio	- De igne maximo (cap. LXXXII).
1173 marzo-giugno	- Quando Faventini iverunt contra Petrum comitem Castrocarii (cap. LXXXIV).
1173	- Quando Ancona fuit obsessa (cap. LXXXVIII).
1174 ottobre	- Quando Alexandria obsessa est ab imperatore Frederico (cap. LX).
1174 novembre 1	- Quando vehemens ventus flavit Faventie (cap. LXXXIII).
1175 febbraio	- Quando Cançelerius Christianus cum Faventinis obsedit castrum Sancti Cassiani (cap. LXXXV).
1175 aprile	- Quando Lonbardi reversi sunt ad mandatum imperatoris (cap. LXI).
1175 giug.-(1176 maggio 29)	- De prelio apud Lignanum facto (cap. LXII).
1177 luglio-agosto	- De pace in Ecclesia reformata (cap. LIII).
1178	- Quando castrum Mutiliani fuit destructum (cap. LXXXVI).
1179 giugno	- De secunda guerra Ymole et Guidonis comitis (cap. LXXXVII).
1179 giugno	- Quando Cançelerius Christianus obsedit Castrumcarium (cap. LXXXIX).
1179 luglio 24	- De prelio apud Cerrum cum Cançelerio Christiano conmisso (cap. XC).
1180	- Quando Imola fuit obsessa (cap. XCI).
1181	- Quando Conradus marchio cepit Cançelerium Christianum (cap. XCII).
1181	- Quando Faventini cepere cc pedites aput Sanctum Anastasium Ymolensium (cap. XCIII).
1181 luglio 31	- Quando pax inter nos et comitem Guidonem Guerram est reformata (cap. XCIV).
1181	- Quando Faventini iuverunt Ubertinum de Tebaldo contra Petrum Traversariam (cap. XCV).
1181	- De prima destructione Bagnacaballi (cap. XCVI).
1182-1183-1195	- De admiranda translacione Constantinopolitani imperii (cap. CI).
1183 maggio	- Quando imperator Fredericus pacem apud Constanciam reformavit plenariam (cap. LXIV).
1183-1184	- De discordia inter Faventinos et montanarios suos (cap. XCVII).
1184 giugno 28-29	- De papa Lucio [tercio] (cap. XCVIII).
1184-1185	- Quando comes Bretoldus venit Favenciam (cap. XCIX).
1185 giugno 20	- Oratio domini Aurei (cap. C).
1186 gennaio 27	- De imperatore Henrico .... et de matrimonio eiusdem (cap. CX).
1186	- De flebili casu regni Ierosolimitani (cap. CV).
1187 giugno	- Quando civitas Ierosolimitana capta fuit a Saladino (cap. LXV).

1187 giugno-luglio - Quando Saladinus regnum Ierosolimitanum cepit preter Tyrum et Tripolim (cap. CVI).

1187-1188 - Quando Conradus de Monferato [obsessus in civitate Tyri] patrem suum liberavit (cap. CVII).

1188-1189 - Quando imperator Romanorum, rex Francie et rex Anglie, archiepiscopus Ravenne, archiepiscopus Pisanus, episcopus Veronensis ad Terram recuperandam Sanctissimam perrexere (cap. CVIII).

1189-1191 - Quando imperator Fredericus perrexit ad Terram Sanctam recuperandam (cap. LXVI).

1189-1192 - Quando Faventini cum episcopo ultra mare ivere (cap. CIX).

1190 - Quando comes Guido castrum Baccagnani furtim invasit (cap. CXV).

1191 - Quando Faventini Petram de Mauro obsederunt (cap. CXVI).

1191 aprile 14 - Quando coronatus est dominus Henricus in imperatorem et domina Constancia in imperatricem (cap. CXI).

1192 giugno - Quando fuit maximum diluvium (cap. CXVII).

1192 - Quando Faventini castrum Baccagnani destruxere hostiliter (cap. CXVIII).

1192 - Quando Faventini Petram de Mauro destruxere et coëgere comitem Guidonem concedere Petro Traversarie castrum Devatole (cap. CXIX).

1194 - Quando Antoninus molendina circa civitatem construxit (cap. CXX).

1194 - Quando idem imperator (Henricus VI) totam Sciciliam et Apuleam subiugavit (cap. CXII).

1195 (maggio ?) - Quando idem imperator Henricus honorifice receptus est a Faventinis (cap. CXIII).

1195 - Quando Bernandus sapiens posuit mensuram pedis ad maiorem ecclesiam (cap. CXXI).

1197 settembre 28 - Quando idem imperator concessit nature (cap. CXIV).

1198 - Quando Faventini ivere in servicium Ravennatum super Cesenates (cap. CXXII).

1199 - Quando Faventini primo castrum super Cosnam edificare ceperunt (cap. CXXIII).

1201 aprile-maggio - De guerra et obsidione civitatis Forlivii et de destructione Flumane (cap. CXXIV).

1201 settembre - De obsidione et destructione Castri-Leonis et de prima destructione castri super Cosnam quod dicebatur castrum Porte-plane (cap. CXXV).

1202-1203 - De guerra reiterata et prelio apud Fractariam et de destructione castri Latini, et de pace inter nos et ipsos reformata, datis mille libris episcopo Liviensi (cap. CXXVI).

1202 - Quando marchio Bonifacius et comes de Flandria Bernardus et comes Sancti-Pauli de Francia ultra mare pergebant (cap. CII).

1203-1206 - Quando civitas Constantinopolitana fuit obsessa (cap. CIII).

1204 ottobre - Quando Faventini succurrerunt Cesenatibus (cap. CXXIX).

1205 settembre 25 - De secunda destructione Bagnacaballi (cap. CXXVII).

1206-1207 - Quando Bonifacius marchio cepit Alexium falsissimum imperatorem (cap. CIV).

1206-1207 - Quando Faventini miserunt milites in servicium comitis Guidonis super Pistorienses (cap. CXXX).

1207 - Quando Faventini iverunt silvam Plaulani (cap. CXXVIII).

1208	- De excidio Castiloncli et Susinane et terre Petri Pagani (cap. CXXXI).
1208	- Quando Faventini ivere in servicium Bononiensium super Mantuanos ad Suzaram et quando marchio expulit Salinguerram filium Taurelli de Feraria (cap. CXXXII).
1208 novembre	- Quando Livienses satisfecerunt Faventinis in plena contione, et ipsi honorifice remiserunt eis (cap. CXXXIII).
1209 maggio-ottobre	- Quando dominus Otto coronatus est in Romanorum imperatorem et regem (cap. CXXXIV).
1209 agosto	- Quando Salinguerra adiutorio [E]cillini Fërrariam recuperavit (cap. CXXXV).
1209 (fine anno)	- De rehedificatione Bagnacaballi et habitatione montis Runtane (cap. CXXXVIII).
1210 febbraio	- Quando dominus Otto venit Faventiam, et quando Faventini octo milites dedere ei, quos ipse misit ad impugnandum Federicum Rogerium (cap. CXXXVII).
1210 aprile	- Quando pax et concordia inter Salinguerram et marchionem est reformata (cap. CXXXVI).
1212 giugno	- Quando rex Aragonensis et rex Yspanus signum sanctae crucis levavere contra regem Massamutum (cap. CXXXIX).
1212 (?)	- Quando comes de Monforte et abbas de Cistelle multa milia hereticorum conbussit et iugulavit, et comitem Sancti-Egydii extra comitatum expulit (cap. CXL).
1212	- Quando Faventini ivere in servicium Bononiensium super Pistorienses ad Sanbucam (cap. CXLI).
1212 maggio-agosto	- Quando imperator Fredericus venit ad urbem Ianuensem (cap. CLVII).
1213 giugno 2-settem.	- De ingenti pugna inter Cremonenses et Mediolanenses apud Castellum-Leonis (cap. CLVIII).
1214 luglio 5	- Quando conbusta est magna pars civitatis Faventie (cap. CXLII).
1215	- Quando Ravennates, Imolenses, Forlivienses, Bretenorienses, Bagnacaballenses fecere conspirationem contra Faventinos (cap. CXLIII).
1215 novembre	- Quando celebrata est sancta synodus (cap. CLXV).
1216 giugno 1-17	- De obsidione et destructione castri Casole et arcis Montisfortini (cap. CXLIV).
1216 agosto	- Quando Faventini iverunt cum Bononiensibus super Ariminenses apud castrum Sancti-Arcangeli (cap. CXLV).
1216	- Quando Bagnacaballenses reversi sunt ad mandatum Faventinorum (cap. CXLVI).
1216	- Quando Faventini destruxerunt turres Gattarie (cap. CXLVII).
1216	- De guerra maxima inter Petrum Traversariam et filios comitis Guidonis Guerre (cap. CXLVIII).
1216	- De pace reformata inter prefactos inimicos (cap. CXLIX).
1216 agosto 29, 30	- De prelio inter Cremonenses et Placentinos apud Burgum-Nuri (cap. CLIX).
1216 (settembre ?)	- Quando domina regina uxor domini Frederici venit Faventiam (cap. CLXX).
1217 e 1218 genn. 1	- Quando Faventini fecere munitiones frequentes et fossata circum districtum eorum, et de iteratione guerre occasione fossati, et de secunda rehedificatione castri super Cosnam (cap. CL e CLI).
1218 febbraio	- Quando conmunancia armaturarum facta est (cap. CLII).
1218	- Quando conmunancia armaturarum Lucum destruxerunt (cap. CLIII).

1218 giugno (magg. ?)	- De prelio inter Lombardos apud Çibellum (cap. CLX).
1218 ottobre 2	- Quando Petrus Traversaria Ravennam cepit (cap. CLXIII).
1218 novembre 2	- Quando Ubertinus Bretenorium cepit (cap. CLXIV).
1218-1219	- De obsidione civitatis Damiate et de prelio ibi conmisso (cap. CLXVI).
1219 maggio 17-27	- Quando Ymola fuit obsessa a Faventinis (cap. CLXIX).
1219 settembre	- De locis subito submersis (cap. CLXII).
1219 novembre 5	- Epistola captionis Damiate et Gallorum missa ad dominum papam (cap. CLXVII).
1219 novembre 12	- Epistola domino pape de treugua quam Christiani facere poterant (cap. CLXVIII).
1219 novembre	- Quando castrum Thenisii fuit captum (cap. CLXXI).
1219	- *Quando magister Tolosanus infirmatus est* (cap. CLXXII).
1220 agosto-settem.	- Quando episcopus Spirensis cançellarius domini Frederici venit Ymolam (cap. CLXXIII).
1220 agosto-ottobre 15-16	- Quando imperator hospitatus est apud Sanctum Proculum, et de destructione castri super Cosnam (cap. CLXXIV).
1220 novembre 22	- Quando imperator Federicus coronatus est in imperatorem (cap. CLXXV).
1221 (1222)	- Quando civitas Damiate amissa est (cap. CLXXVI).
1222 genn. 3, magg. 8-27	- De tercia destructione Castri Ymole, et de destructione et obsidione Ymole (cap. CLXXVII).
1222 luglio 22	- Prelium aput rivum Coricli (cap. CLXXVIII).
1222 agosto-settem.	- Nota tenorem pacis (cap. CLXXIX).
1222 agosto	- Quando Faventini miserunt x milites in servicium Madeburgensis archiepiscopi (cap. CLXXXI).
1222 dicembre 25	- De terremotu maximo (cap. CLXXX).
1223-1224	- Quando Faventini iterum fecere canale ubi molendina volvuntur (cap. CLXXXII).
1224 aprile 8	- De pace inter Faventinos et Livienses reformata (cap. CLXXXIII).
1224 novembre	- Quando Faventini et Bononienses fecere destrui domos castellanorum Castri Ymolae quas in civitate habebant (cap. CLXXXIV).
1224	- Quando anpliata est civitas Faventie ab Uberto de Oçine (cap. CLXXXV).
1225 (settembre 5)	- Quando comes Roçerius nature concessit (cap. CLXXXVI).
1226 (marzo 5)	- Quando Faventini renovaverunt juramenta societatis Lonbardie (cap. CLXXXVII).
1226 aprile 2	- Eodem anno iuravere Faventini (cap. CLXXXVIII).
1226 aprile 5	- *Quando magister Tholosanus nature concessit* (cap. CLXXXIX).
1226 aprile	- Quando rex Johannes venit Faventiam (cap. CXC).
1226 aprile-maggio	- Quando imperator Fredericus venit Ravennam et ivit in Lonbardiam apud Parmam (cap. CXCI).
1226 maggio 27	- Quando Faventini misere quinquaginta milites apud Mantuam (cap. CXCII).
1227	- De pace et concordia inter Livienses et Faventinos reformata (cap. CLIV).
1228 gennaio	- Inundacio aquarum (cap. CXCIII).
1228 (sett. 29-novem. 10)	- Quando Faventini ivere in servicium Bononiensium apud Baçanum (cap. CCII).

1229 aprile 6	- Quando Faventini misere XXVII milites in Apuleam (cap. CXCIV).
1229 giugno 24	- Quando Faventini iverunt Plumacium (cap. CXCV).
1229 agosto 27	- Quando Faventini iverunt in servicium Bononiensium apud Sanctum Cesarium (cap. CXCVI).
1229 dicembre	- Quando Faventini misere milites in Apuleam (cap. CXCVII).
1230	- Quando episcopus Populiensis terras ecclesie in protectionem Faventinis concessit ut eas defenderent (cap. CLV).
1231 (dicembre)	- Quando imperator Fredericus fecit moram apud Ravennam per tres menses (cap. CXCVIII).
1231	- Quando dominus Conus Faventinus [potestas] fecit duci aquam per civitatem (cap. CXCIX).
1232	- Quando Faventini fecerunt elevari et murari eorum palacium (cap. CC).
1233 aprile 25	- Quando Faventini ivere ad Castrum Sancti Petri (cap. CCI).
1234 luglio 3, 4	- Quando Mediolanenses in episcopatum Cremonensium venerunt et de prelio apud Zonevoltam (cap. CLXI).
1234 giu. 30, agost. sett.	- Quando Faventini ivere Cesenam in guerra occasione Urbinatum (cap. CCIII).
1234 ottobre	- Quando Faventini cum Cesenatibus Cerviam ceperunt quam [Ravennates] custodiebant (cap. CCIV).
1234 novembre	- Quando Henricus in Fredericum imperatorem suum patrem coniurationem fecit (cap. CLVI).
1234 novembre	- Quando Faventini succurrerunt Bononiensibus (cap. CCV).
1235 gennaio	- Quando Faventini ivere villam Montis Sancti Petri (cap. CCVI).
1235 maggio 10-18	- Quando Faventini fecere fossatum inter Cosnam et hospitale de Bonzanino a Monte Pozoli usque stratam, et iterum succurrerunt Bononiensibus (cap. CCVII).
1235 giugno 2	- De prelio apud Roncatellum conmisso (cap. CCVIII).
1235 giugno 6	- Quando Faventini succurrere iterum Bononiensibus (cap. CCIX).
1235 agosto 20	- Quando Faventini iverunt Forazanum et [ad] Sancti Martini (cap. CCX).
1235 settembre 10	- Quando Faventini iverunt ad Ponticellos Sancti Vitalis (cap. CCXI).
1235 settembre 12	- Quando Faventini iverunt apud castrum Caminatae (cap. CCXII).
1235 ottobre 12	- Quando Faventini iverunt Longanam (cap. CCXIII).
1236 marzo 23	- Quando Faventini milites cum sagittariis et balisteriis ivere apud castrum Lauretae (cap. CCXIV).
1236 aprile 26-29	- Quando Faventini destruxerunt et inciderunt arbores et vineas Forliviensium (cap. CCXV).
1236 maggio 1	- Quando Faventini ivere ad Pontesellos Ravennae (cap. CCXVI).
1236 maggio 7-11	- Quando Faventini fuerunt ad Plantam, et de praelio et victoria facta ibi maxima (cap. CCXVII).
1236 maggio 28	- Juramentum Liviensum (cap. CCXVIII).
1236 giugno 9-13	- Quando Faventini ivere Bretenorium, et quando Forumpopilienses iuravere praeceptum potestatis Faventiae (cap. CCXIX).
1236 luglio	- Quando Faventini ceperunt arcem de Monte-Majore (cap. CCXX).
1236 settembre	- Quando Faventini misere quinquaginta milites apud Mantuam in servitium societatis Lombardiae (cap. CCXXI).
1236 ottobre 1-8	- Quando Faventini iverunt Bretenorium et ad pontem Sancti Gervasii (cap. CCXXII).

IN TOLOSANI

CANONICI FAVENTINI

Historiam Urbis Faventiae

PRAEFATIO JOHANNIS BENEDICTI MITTARELLI

PRODIT nunc primum Tolosani canonici Faventini Chronicon urbis Faventiae, de quo ejusque auctore, antequam disseram, consulto praemitto epistolam meam, quam Kalendis martii anni 1766 dedi ad Hannibalem comitem de Ferniano, qui codicem tunc mihi commodavit.

" Hannibali Comiti de Ferniano Nobilissimo et Ornatissimo Patricio Faventino, Aca- " demiae Ingenuarum Liberaliumque Artium in Urbe sua delecto Principi, Patriae Antiquitatis " et Historiae illustrandae Studiosissimo, Johannes Benedictus Archimandrita Camaldulensis. Redit ad Te, " Nobilissime et Ornatissime Hannibal, Faventina Tolosani Historia ex Codice illo Tuo antiquissimo, auroque " pretiosiore, quem praeteritis diebus pro modulo meo, quantumque permiserunt evanidi peneque fugientes pluribus " in lineis characteres, ad literam exscripsi. Quod quidem feci, tum ut voluntati Tuae morem gererem, tum ut " aliquod observantiae meae erga Te officium exhiberem; sciebam alioquin me crambem recoquere, quandoquidem " codicem ipsum ante me, praeter veteres scriptores Azzurinium, Zuccolium, Tonduccium, Magnanium aliosque, " improbo labore et studio exscripserat, ac beneficio aliorum Auctorum, nec non ope veterum monumentorum " suppleverat eruditissimus Borsierius, Vix ille Tuus, meusque, qui praeter scientiam et artem Medicam, in qua " praestat, facileque Princeps est in Aemiliae Provincia, Faventinae ulterius Historiae exornandae spartam " assumpsit, pluraque jam congessit subcesivis horis, congeritque in dies, quae ad ornamentum decusque faciunt " Tuae urbis. Video propterea quam tenuis sit symbola mea; verum si ea non displicet, dicam paucis quid " praestiterim. Codicem ad literam reddidi, translatis in exemplum meum ipsis sive auctoris, sive exscriptoris " erratis, formam rationemque scribendi, quantam potui, ex codice in exemplum derivavi, ipsas interpunctiones " non omisi, inutiles profecto, immo quae sensum frequentissime abrumpunt; consulto nihil praeterivi, ut tran- " scriptionem redderem suo archetypo respondentem, et ovum, ut dicitur, ovo simillimum. Servavi etiam eumdem " numerum paginarum, eumdem linearum numerum, sed utrisque, tum paginis, tum lineis ad oram apposui " Arabica signa, ut uno conspectu codex cum exemplari, et exemplar cum codice conferri facillime possent. " De meo etiam addidi distinctionem capitum sive titulorum, titulos sive capita, etiam ubi in codice deside- " rantur, adnotans Romanis numericis characteribus. Et haec quoad materialem codicis exscriptionem.

" Ut vero frequentissimis occurrerem erroribus, qui in codice leguntur, nec non ut verba sensusque pertur- " batos ad genuinam vel probabilem lectionem reducere valerem, medicam pluribus in locis manum admovi, " ita tamen, ut retentis in corpore historiae naevis, ad calcem cujuscumque paginae, signata linea, substituerentur " aptiora verba, et magis ordinatus sensus; quam nihilominus medicinam non praestiti grammaticalibus omnibus " vitiis et solaecismis, neque syntaxi, qua male componuntur partes narrationis in codice, inemendata illa et " hanc relinquens vel in ipsa paginae extrema ora, ne nimium correctionum, quae faciliores essent magisque " obviae, numerus excresceret.

" Qua data occasione observo, Codicem Tuum, licet antiquitate et raritate sua magno in pretio sit habendus, " non esse tamen primigenium; non enim putandum est Tolosanum, qui integra habet capita aliqua satis Latina, " et concinna narratione descripta, in alia capita irrepere sivisse palmares errores, qui narrationem et sensum " ita confundunt, ita perturbant, susdeque ita miscent, ut nullo modo respondeant in capitibus, quae sano sunt " et ordinata; neque credendum est Tolosanum ita supinum imperitumque fuisse grammaticalium regularum in " aliquibus descriptionibus, dum se doctum sufficienterque instructum exhibet in pluribus aliis. Quare omne, " quod est vitium in scriptione codicis, totum tribuendum est oscitanti amanuensi, qui licet eodem seculo, quo

"Tolosanus, scripserit, prout manifestant antiquissimi characteres, probe tamen haud intelligens verba, neque " dictiones, neque sensum, unum verbum pro alio, unam pro alia dictione usurpaverit pro suo marte et ingenio, " sensumque miserabilem in modum deturpaverit, substantialia omittens, conjunctiones praeteriens, partesque " narrationum pessime conjungens vel componens. Id patebit collatione facta eorum capitum, quorum sensum " implexum et inordinatum notavi, cum capitibus, quorum sensus integer est et purus; id etiam evincunt fre- " quentes ab amanuensi factae materiales vocum substitutiones, quas carpendas duxi in meis emendationibus.

" Haec tamen codicis vitia tanta non sunt, ut proinde singularis ista Faventinae urbis historia supprimi, " et inter tineas blattasque relinqui debeat. Periti lectores ea detegere, et detergere valent. Historiae omnes " ejusdem temporis abundant iisdem naevis. Amanuenses, ut plurimum, indoctissimi erant, et ii etiam, qui inter " eos a nitidissimis characteribus Calligraphorum nomen obtinebant, sensum eorum, quae speciosissime scribebant, " non assequebantur. Publicam proinde lucem meretur inedita Tolosani historia, quamvis ab ignaro et imperito " scriptore exarata.

" Redeo ad ea, quae praestiti in exscribendo hujusmodi codice. Ne supervacanea inanisque omnino foret " quantulacumque opera mea, brevem ad calcem ipsius synopsim elaboravi, brevioresque notulas superaddidi. " Ne ampliores essent, fecit librorum defectus. Quae ad generalem Italiae historiam pertinent, illustrare non " fuit animus, neque quae ad praelia spectant populorum Lombardiae, multoque minus quae ad Constantino- " politanum imperium, vel Constantini Magni, vel Latinorum imperatorum, aut quae ad Terrae-Sanctae recu- " perationem attinent. Demum uberiores et clariores notas subjungere poterit ex promptuariis suis, et ex lectione " veterum Scriptorum, cum per tempus licuerit, sopradictus Borserius, praesertim quoad topographiam situmque " locorum nominatorum in chronico Tolosani; id quod brevi tempore ego homo alienigena facere nequivi.

" Antequam Historiam ipsam proferam, aliqua de ejus auctore. Floruit Tolosanus seculo XII cadente et " initiis seculi sequentis. Anno 1219 paralysi correptus supervixit infirmus usque ad annum 1226 quo diem " clausit extremum quinta aprilis, ut in capitibus CLXXII et CLXXXIX codicis perspicue enuntiatur. Anno 1194 " vidit filium Tancredi regis Siciliae cum matre et sororibus, Margaritum piratam, aliosque Neapolitani regni " dynastas in Alemanniam cum pecunia infinita deduci captivos jussu Henrici VI imperatoris, ut ipsemet enarrat " capite CXII. Erat Tolosanus diaconus et canonicus ecclesiae Faventinae, praetereaque magister, qui titulus " nonnisi claris et nominatis viris per ea tempora concedebatur, ut constat ex pluribus paginis tabularii Azzurinii, " ubi semper magistri nomine donatur. Non requirimus, an ex urbe Tolosa oriundus foret, ut alter ejus temporis " Faventinus canonicus Augubinus nomine vivebat, an ex familia sic dicta Faventina uterque foret; incompertum " tamen mihi est Tolosanam et Augubinam familias reperiri inter antiquas Faventinae urbis familias, cum " nunquam in paginis ejus, et superioris et inferioris temporis eae familiae nominentur. Delectabatur Tolo- " sanus lectione veterum Poetarum, quorum saepissime usurpat versus aliquot in sua historia, vel saltem eorum " imitatur stylum. Colligo heic loci versus omnes ipsius Tolosani, multos tamen, prout descriptos reperivi in " codice mendoso, aliquos vero a me emendatos [1].

" Alteram etiam addo collectionem carminum, sed quae magis inconcinna sunt, et infeliciori oestro crassio- " reve Minerva consarcinata.

" Sed et in ipsa soluta narratione plures interspergit Tolosanus integros vel dimidiatos versus, et vel " invitus poetam agit.

" Statum suum ecclesiasticum insuper manifestat idem Tolosanus, dum frequentissime in medium profert " verba et sententias sacrarum Scripturarum, ac usurpat consuetas ecclesiae precationes et invocationes in peri- " culis; ac in ore ducum exercitus Faventinorum, in ore simul populi praeliantis introducit preces, quae in " aliquo discrimine adhibentur ab ecclesiae ministris. Idipsum facit et ejus historiae continuator.

" Uterque similiter in omni oppugnatione alicujus castri, in omni armorum conflictu facto a Faventinis, " ad nauseam usque repetit eas voces; *capiendo, prosternendo et persequendo*, vel alias: *flamma combusserunt ultrici,* " *et destruxerunt hostiliter; deterius habuerunt quam hostibus intulissent; dignam pro merito mercedem impendentes;* " *viros et mulieres, senes cum junioribus in ore gladii peremerunt; tamquam novi sub tempore gratiae Machabei; ut* " *excuterent jugum importabile eorum cervicibus.* Saepe etiam uterque scriptor declamat contra *versutias antiqui* " *serpentis semina discordiae inter populos jacientis*, atque similia uterque adhibet in sua scriptione.

" Nam historia haec tota non est unius Tolosani, sed aliquis suppar continuator tum illius chronicon " supplevit, quando Tolosanus morbo impeditus scribere desiit, tum prosequutus est usque ad annum 1236 decennio " post primi mortem. In codice tamen Tuo, humanissime Comes, historia non producitur nisi ad annum 1234 " eo quia mutilus est, et desiderantur in ipso postremae paginae, vel data opera avulsae a codice, vel temporis " injuria deficientes.

---

[1] Qui il Mittarelli riporta i versi del Tolosano sparsi qua e là nella cronaca, versi che trascriviamo nella nostra *Prefazione*.

" Ceterum meritum hujus codicis, historiaeque in eo exaratae in hoc potissimum consistit, quod in ipsa " historia, Faventini populi antiqua facta congesta habentur et quidem anecdota, praeter ea, quae ex ipso codice, " vel ex alio exemplari derivarunt in historias suas Azzurinius, Zuccolius, et Tonduccius Faventini historici; " neque alia prostat antiquior urbis Faventinae historia.

" Optandum jure merito est, ut in publicam lucem prodeat, et in commune beneficium juxta suam nativam " simplicitatem producatur. Id ut facias, Nobilissime et Ornatissime Hannibal, hortor, stimulos addo, et utramque " aurem vellico, ope praesertim superius laudati Cl. V. Borsierii, Antiquitatum Faventinarum diligentissimi col- " lectoris. Si quam vero, exilem licet, operam etiam meam expostulaveris, totam, quantula est, polliceor; nec " profecto quoad Tolosanum dumtaxat; si enim expedire judicabitur, ut integra et completa Faventina historia " exeat in lucem, adjungi poterit Tolosani chronico aliud Petri Cantinelli, licet et ipsum lacunis refertum; " subjici poterunt, quae Bernardinus Azzurinius in suis Memorabilibus et in suo chronico congessit; quae " Gregorius Zuccolius in sua Faventina historia digessit; neque praetermittenda erit epistola Johannis-antonii " Flaminii Imolensis de Laudibus urbis Faventinae ad Amplissimum S. R. E. Cardinalem Antonium Puccium, " una cum Vitis Sanctorum quatuor Protectorum Faventiae ab eodem auctore confectis. Sed potissimum delectus " habendus erit Veterum Chartarum ex illustrioribus Faventinae urbis tabulariis, quae accedant ut Mantissa et " Appendix ad Historiam; exsurget profecto ex his omnibus non contemnibile volumen, quo Faventinae urbis " historia non intra domesticos lares tantum, sed et apud exteros gloriose divulgetur, tamquam Additio Faventina " ad Scriptores Italicos celeberrimi Muratorii.

" Dabam ex Archisterio SS. Hippolyti et Laurentii de Faventia kalendis martii anni MDCCLXVI „.

Post hanc epistolam, concessum est mihi excurrere paginas tabularii Capitularis Canonicorum Faventiae. En, quae reperi ad Tolosani scriptoris illustrationem, tum in ipso tabulario, tum in altero Azzurinio. Sub anno 1188 primum legitur nomen magistri Tolosani canonici Faventini, una cum Petro, alio Petro, Meliore, Dominico, Theodorico Scanelli, Petro Gercii, Ugone Bonalde, Rodulpho, Airardo, Brandone canonicis Faventinis; subinde legitur ad diem XXV aprilis anni sequentis; deinceps omni anno usque ad tempus ejus postremae infirmitatis et ultra. Testis fuit una cum Bernardo Faventino episcopo et cum aliis canonicis anno 1192 in quadam emphyteutica concessione facta Joachimo praeposito Faventino a presbyteris congregationis S. Emiliani. Anno 1202 Teudericus Faventinus episcopus commisit magistro Tolosano cognitionem causae, quae vertebat inter abbatem S. Mariae foris portam, et Alpherium hospitalarium S. Leonardi de Vincareto, ut testatur Innocentius III scribens abbati S. Juliani Ariminensis dioecesis idibus septembris pontificatus sui anno quinto. Anno 1203 idem episcopus una cum presbytero Martino S. Rentii capellano facit pactum in annis LX magistro Tolosano, et magistro Orlando de tenimento juris ecclesiae S. Rentii in Roncaliis. Eodem anno quarta januarii indictione VI magister Tolosanus cum aliis canonicis concedit tenimentum quoddam in plebe Sarnae. Anno 1205 XIII aprilis indictione VIII concurrit cum aliis ad largitionem terrarum in Currilano. Anno 1208 die XV januarii Guireria donat magistro Tolosano accipienti nomine ecclesiae S. Petri et chori ipsius ecclesiae terram in Virano. Anno 1209 magister Tolosanus vice praepositi libellum conscribit. Anno 1210 XVI septembris cum aliis canonicis largitur terras sitas in sancta Cruce sive in Cerretolo territorio Faventino. Anno 1215 terras in Cassina. Eodem anno XXI februarii refutationis chartam inscribit cuidam Baruccio, qui promittit stare assensui et arbitrio magistri Tolosani et domini Aurei. Ipso anno Fantolinus de Albertino Accarisii donat domum et turrim in Lacuna magistro Tolosano recipienti pro ecclesia S. Petri. Anno 1219 XXIV martii in loco Centum terras largitur cum aliis canonicis; ipso anno paralysi correptus fuit; nomen tamen ejus perseverat posterioribus annis; nam anno 1220 XV augusti indictione VIII Magister Tolosanus Faventinus canonicus pro se et haeredibus suis donat Alberto Faventino praeposito clausuram terrae et vineae sitam in Roncaliis pro remedio animae suae, et quondam Orlandi fratris sui magistri, quam donationem facere proposuerat a multis annis pro remedio animarum parentum suorum: Teophylo Faventino notario. In Processu quoque instituto circa fundationem cellae Montis clarii dependentis a monasterio S. Mariae foris portam de Faventia testis in eo processu nominatus asseruit factam eam fundationem se audivisse ex ore ejusdem magistri canonici Tolosani. Ceteras paginas omittimus.

Et haec quidem collegeram, ut votis amicorum facerem satis, nullusque erat in me animus edendi Tolosani chronicon, quod sciebam praelo paratum a Cl. Borsierio, una cum suis animadversionibus, plurimisque etiam monumentis illustratum. Amicitiae et honestatis leges non patiebantur, ut alienis laboribus locum subriperem; immo per communes amicos stimulos addebam praestantissimo Viro, ut quantocyus editionem suam curaret, et expetitum foetum in lucem produceret. Sed dum omnia ad umbilicum redacta erant, nec aliud reliquum erat, nisi ut typothetae manum admoverent operi, en quod ipse Borsierius vasa sibi facit transmigrationis, et relicta urbe Faventia efflagitatur ad honorificam replendam Medicinae cathedram in Universitate Ticinensi labente anno 1769 et licet animum non deposuerit, cum licitum ipsi erit, in medium producendi labores suos, invitus tamen ad aliud tempus differre cogitur.

Quid proinde facerem? cum exscriptum jam haberem Tolosani chronicon, aliudque Petri Cantinelli, nec non veterum paginarum collectionem vel synopsim paratam tenerem. Haec omnia publicae luci donare consilium fuit, non improbantibus amicis. Suus erit Borsierio locus, ajebant, suus honor, meritumque suum, cum e penu suo iterum Tolosanum lucem videre jusserit. Interea non fraudetur urbs, non fraudentur antiquitatum studiosi, qui Faventinam historiam addiscere avent ex fontibus suis. Insuper subjungebant: Si Faventina historica collectio prodit, excluso Tolosano, manca erit et imperfecta historia ejus urbis: nam inter cetera mihi proposueram nil de Tolosano edendo cogitare, ut Borsierio locum cederem, et cetera dumtaxat publicae luci donare.

His ingenue praemissis, brevem reddo rationem Oeconomiae hujus Voluminis. Fert titulum: *Ad Scriptores rerum Italicarum celeberrimi Muratorii Accessiones Faventinae.* Cum enim in amplissima collectione Muratoriana nullus locus Faventinis scriptoribus, nullus detur Historiae Faventinae, optime factum duxi uno Volumine comprehendere scriptores Faventinos, Faventinamque historiam, tamquam Appendicem, Accessionem et Mantissam ad Scriptores ceterarum urbium, quae fere omnes habent historias suas in Chronicis, in Memorabilibus, in Gestis exaratas et a Muratorio editas. Decebat enim, ut Faventina urbs, illustris, si quae alia Italiae, non careret sua veteri historia.

Primum itaque locum occupat Tolosani canonici Faventini chronicos; secundum alterum Petri Cantinelli insignis suo tempore viri chronicon; Breviora deinde parva chronica, hinc inde excerpta, demum historia sub Manfredis magnatibus et sub ipsorum principatu. Succedit collectio ampla veterum paginarum ineditarum, vel synopsis plurium aliarum ex multis tabulariis urbis Faventinae, vel etiam ex aliis archivis. De Cantinelli chronico, aliisque sua erit suis locis praefatio, ut etiam de sylloge antiquarum chartarum.

Nunc quoad Tolosanum spectat, consilium erat ipsum edendi, servato ad superstitionem ordine paginarum et linearum Codicis, ut diximus in episola ad Cl. comitem Fernianum, et ut ex archetypo exemplar ad ipsum dedimus, sed attenta deformitate, quam peperisset editio, si hunc ordinem servassemus, cum ob abbreviationes lineae aliquae sint longiores, aliae breviores, abstinuimus a primum concepto consilio; praesertim cum nulla utilitas inde proveniret, solaque nostra demonstraretur transcriptionis fidelitas. Illud potius curavimus, ut duplicem daremus Tolosani editionem in una eademque pagina et sequentibus, ita ut ex uno latere paginae Tolosanum ederemus cum naevis, sphalmatis, erroribus et soloecismis, quae reperiuntur in codice, immo cum suis inutilibus interpunctionibus, quae lectionem obscuram efficiunt; ex alio vero latere paginae Tolosanum redderemus suae priori et probabili lectioni, unoque conspectu apparerent errata et emendationes. Apposuimus ulterius ad calcem totius Chronicis ynopsim capitum, et insertas notulas, quae chronicon illustrant.

Narrationes Tolosanas praesertim confirmavimus testimoniis Hieronimy Rubei, ejusque Historiae Ravennatis, cum multam habeant inter se connexionem historiae utriusque urbis Faventiae et Ravennae; locis nominatis in Tolosani chronico, quantum nobis fas fuit, lucem attulimus; superfluas demum animadversiones omisimus, quae nihil ad historiam Faventinam faciunt. Sed jam ipse per se loquatur Tolosanus.

MAGISTRI TOLOSANI

CHRONICON FAVENTINUM

Cap. I.

Incipit historia Faventine civitatis [*nec non et*] *civium.* *c. 1*

Tempore Augusti Cesaris, qui primus sub tempore gratie Romanum tenuit imperium, [anno sci]licet xx ante nativitatem Domini nostri Jesu Christi, Flavius nobilis et ditissimus Ro[manorum et] regali stirpe genitus [1], multas et magnas in provincia Romanie acquisivit posses- 20 av. C.

2. ystoria *cod.* - nec non et] *così V*; *cod. illegg.*; *sembra prima fosse scritto* dacio; *altra mano ha agg.* civium (fundacio civit.?) — 3. imper. *cod. scritto sopra da altra mano* — 3-4. an. sci] *cod. scritto da altra mano* — 4. dictissimus *cod.*

[1] Che l'origine di Faenza sia dovuta a un nobile romano di nome Flavio che l'avrebbe fondata al tempo di Augusto, 20 anni av. Cr., dandole il suo nome (*Flavia*), mutato poi da Costantino in *Faventia* "eo quod "cives omnibus et maxime Romanis favebant", è pura leggenda. L'Azzurrini, quantunque qui dipenda dal Tolosano (v. Prefazione, p. LXVII), riporta la leggenda in parte già modificata: secondo lui, Flavio avrebbe edificata Faenza molto tempo prima di Augusto, nell'anno 300 di Roma "ut ego conspexi", egli dice, "in Eutro"pio (?), qui narrat istam familiam Flaviam et patriam "vocavit Flaminam"; Augusto poi "affectus civitati "Faventinae" avrebbe fatto edificare il ponte sul fiume Lamone e dotata la città di grazie e favori (cf. *Lib. Rub.*, *RR. II. SS.*, XXVIII, III, p. 230 e p. 226). Nè la notizia del Tolosano nè quella dell'Azzurrini trovarono accoglienza presso gli storici locali posteriori; lo Zuccoli e il Tonduzzi fino dal loro tempo la rigettarono; ma neppure le nuove ipotesi da questi presentate furono felici. Lo Zuccoli (*Memorie della città di Faenza*, cap. I) attribuisce la fondazione di Faenza ai Tessali e Attici, che usciti dalla Grecia e giunti per mare sulle spiaggie adriatiche, vi fondarono Navenna (Ravenna), e poi spingendosi verso terra, risalendo il Lamone, *Phaentia*, e questo verso il 1199 av. Cr. Secondo il Tonduzzi (*Hist. di Faenza*, pp. 62-70), il mito di Fetonte annegato nell'*Heridanus* (il Po) avrebbe un fondamento storico; questi, figlio di Cam e nipote di Noè, dall'Egitto sarebbe passato in Tessaglia e nell'Epiro, e di là coi Tessali o Pelasgi sarebbe giunto alle bocche del Po; penetrati questi in terra ferma, tra gli altri luoghi avrebbero pure fondata *Fao-en-thia* (*splendeo inter deos*), e questo nel 1856 av. Cr. Tanto lo Zuccoli che il Tonduzzi aggiungono poi che gli Etruschi, sopravvenuti nella regione emiliana, avrebbero costretti i Tessali ad allontanarsene, rimanendo così padroni della regione. Di tutto questo quello che par certo si è che il nostro territorio verso il sec. VIII av. Cr., già abitato dagli Umbri o da altre popolazioni Italiote, fu invaso dagli Etruschi, i quali, sospinti gli Umbri verso Ravenna e Rimini e poi verso l'Italia centrale, rimasero per molto tempo padroni di queste, come di altre parti d'Italia; finchè sopravvennero i Galli, e debellati questi definitivamente dai Romani (225-191 av. Cr.), la Gallia Boica, cioè la nostra regione, divenne provincia romana e le città e gli *oppida*, che già erano sorti al tempo degli Etruschi, o forse prima, diventarono *municipia* o *fora* romani.

In che epoca precisamente sorse Faenza non è dato sapere; ma se gli Etruschi travalicato l'Appennino fondarono le loro 12 *lucumonie*, tra cui *Felsina* (Marzabotto) e *Ariminum*, dovettero fermarsi anche nel territorio intermedio; gli scavi nelle tombe del pianoro di Persolino e in altre località presso Faenza hanno messo in luce, insieme ad oggetti in terraglia primitivi, anche *fibule* e oggetti in ferro dell'epoca etrusco-gallica; forse Faenza al tempo degli Etruschi non era ancora una città fortificata; probabilmente la città attuale sorse o ricevette una sistemazione definitiva all'epoca della conquista Romana. È noto infatti

siones, in quibus longe ab urbe Ravenna per xx miliaria super Alamonem et Simiolum[1] fluvios civitatem edificavit, quam a suo nomine Flaviam vocari voluit. Ad huius vero civitatis edificationem viros bellicosos, fide, constancia pollentes undique congregavit, qui fundatoris conscilio eiusque filiorum ac nepotum adiutorio muris maximis, altissimis turribus brevi tempore adeo civitatem munierunt, quod inexpugnabilis ab omnibus iudicabatur: platee civitatis artificiose conposite per subterraneos meatus aquas pluviales sine difficultate mittebant ad flumen, quare civitas omni sorde purgata senper ex se odorem prestabat non modicum[2].
325 d. C. Noster itaque Constantinus imperator Romanus anno a Virginis partu CCCXXV divina inspirante gratia sanctissimum recepit baptismum[3]; multas provincias, dignitates, honores, ducatus, episcopatus Romane concessit Ecclesie, intra que ducatum Ravenne in provincia Ro-

---

1. Ravena *cod.* — 3. edific. *cod.*, *soprascritto da altra mano* - fide] ac *V*; atque Mitt., Bors. — 7. non] nun *cod.* — 10. Ravene *cod.*

che dall'epoca della conquista della Gallia Cisalpina al 90 av. Cr. la civiltà romana cercò di bonificare la pianura tra il Po, l'Appennino e l'Adriatico, ancora in gran parte coperta da paludi e foreste (*Silva Litana*); e il risultato si potè dire giunto a buon punto quando dal console M. Emilio Lepido (567 di Roma, 187 av. Cr.) fu tracciata, o, forse meglio, sistemata attraverso questa regione la via Emilia da Rimini a Piacenza (cf. Strabone, V; Tito Livio, XXXIX, 2), la quale via formò la base per la ripartizione delle terre ai coloni romani e per la planimetria delle città disseminate lungo la sua linea. L'opera degli agrimensori romani (*decemplatores*) è ancora visibile oggigiorno nel reticolato caratteristico che presenta la pianta topografica dell'Emilia; i limiti dei campi a valle della Via Emilia indicano molto bene la misura delle centurie (di circa 10 jugeri ciascuna), e le città nell'interno sono divise secondo l'antico sistema dell'accampamento romano e conservano tuttora, almeno nei loro centri urbani, le traccie del *decumano* e del *cardo maximus* (cf. Cesari, *I reticolati dell'agro romano fra Imola e Faenza*, in Romagna, an. II, 1905, p. 183; H. Nissen, *Italische Landeskunde*, Berlino, 1902, II, p. 257; F. Lanzoni, *Faenza, Durbecco e Lamone*, Faenza, 1922, p. 7; A. Medri, *Sulla topografia antica di Faenza*, Faenza e Bologna, 1908). Faenza pertanto, ossia la sua sistemazione come città fortificata romana, appartiene a quell'epoca e a quelle circostanze (III sec. av. Cr.); essa del resto si trova ricordata da scrittori che vissero prima e dopo Augusto: Varrone, Tito Livio, Strabone, Patercolo, Columella, Plinio il vecchio, Marziale, Silio Italico, Tacito, Appiano, Sparziano, Giulio Capitolino (vedi i passi relativi in Appendice I); i quali tutti la ricordano senza accennare alla sua origine, come quindi una città già da tempo esistente. Silio Italico la elenca fra le città fedeli a Roma, durante la seconda guerra punica (218). Quando verso il 90 av. Cr., in seguito alla *Lex Julia*, anche la Gallia Cisalpina potè conseguire l'onore della cittadinanza romana, *Faventia* fu ascritta ad una tribù (*Pollia*) ed ebbe il suo *municipium* e i suoi magistrati, come si rileva dalle antiche sue iscrizioni romane (cf. *Corpus Inscript. Ital.*, XI, I, nn. 629-666; III, II, nn. 2817, 6203; VI, nn. 2379, 2381 ecc.). Durante le guerre civili tra Mario e Silla pare che Faenza seguisse le parti di Mario; e nel suo territorio avvenne nell'82 av. Cr. una sanguinosa sconfitta dei partigiani di questo; le antiche famiglie romane Terenzia, Varronia e Marcia e la più recente, quella dell'imperatore Lucio Vero, ebbero stretti rapporti con Faenza; e se questa, come le altre città romagnole, tranne Bologna e Rimini, presenta agli occhi dell'osservatore pochi evidenti avanzi di romanità, però la sua configurazione urbana conserva le impronte dell'epoca romana. Al tempo di Augusto, Faenza apparteneva all'VIII delle 12 regioni, che formavano l'Italia; nella nuova circoscrizione dioclezianea (292) la *praefectura Italiae* fu pure divisa in 12 provincie, e Faenza appartenne alla *Flaminia*, la quale, retta da un *consularis*, aveva come capoluogo Ravenna.

[1] La città di Faenza giace infatti non lungi dalla confluenza del Marzeno col Lamone; *Simiolus* è l'antico nome del f. Marzeno; mentre *Alamon*, *Alamonis* è la forma medievale più comune del nome del fiume che bagna la città e la divide dal borgo Durbecco; la forma classica era *Anemo*, *Anemonis* (cf. Plinio, *Nat. Hist.*, III, 20); il mutamento fonetico di *Anemo* in *Alemo* poi in *Alamo*, è facile a comprendersi; come pure dalla forma medievale latina *Alamon* è naturale sia derivata, colla caduta dell'*a* iniziale, la forma volgare *Lamone* (cf. Dante, *Inf.*, XXVII, 49); la forma *Amon* o *Hamon* è posteriore e di origine umanistica, e la sua spiegazione con riferimento a un culto o tempio locale a Giove Ammonio, del tutto arbitraria (cf. Lanzoni, *Faenza, Durbecco e Lamone*, pp. 37-60).

[2] Che le piazze della città fino dall'origine fossero state ad arte sistemate perchè potessero per mezzo di condotti sotterranei sfogare le loro acque nel fiume, in altre parole che la città venisse subito provvista di fognature, è un semplice anacronismo; questo lavoro verrà attribuito più tardi al podestà Cono del 1231 (cf. cap. CXCIX, dove il continuatore ripeterà la stessa frase qui usata dal Tolosano "unde [civitas] lavatur "atque purgatur omni sorde").

[3] La notizia che Costantino ricevesse il battesimo a Roma nel battistero di S. Giovanni in Laterano da pp. Silvestro (nel 325!) dipende dalle *Gesta Silvestri pp.* (apocrifo della seconda metà del V sec.) e dal *Lib. Pontif.*; lo storico Eusebio (*Vita Constant.*, IV, LXI), meglio informato perchè contemporaneo e vissuto alla sua corte, riferisce invece che l'imperatore fu battezzato da Eusebio vesc. di Nicomedia, poco prima di morire (22 magg. 337; cf. pure Socrate, *H. E.*, I, XXXIX; Sozomeno, *H. E.*, II, XXXIV).

manie eidem dedit Ecclesie [1]. Extenditur enim hec provincia sive regio a Reno usque Foliam, a mari usque ad Alpes. Hanc quidem provinciam ob amenitatem locorum, affluenciam deliciarum atque virorum prudentiam Romani pre omnibus eligentes, quodam specialis privilegio a[moris] a Roma Romaniam [2] vocaverant; civitatem vero Flavie, eo quod cives omnibus et maxime Romanis favebant, predictus imperator iussit a favendo vocari Faventiam. Insuper ipsam multis excellencie ac libertatis muniit privilegiis. Timens hic imperator ne aliquando imperium sanctam offenderet Ecclesiam, relicta domino pape civitate Romana, cum omnibus nobilibus ultra mare perrexit, et civitatem Bizantium [3] multum magnificans Constantinopolum iussit vocari, sedem imperialem ibi constituens. Omnes siquidem imperatores, qui post hunc usque ad obitum Eraclii christianissimi imperatoris fuerunt in 641
Grecia et Italia pariter dominantes, in multis bona sancti Petri auxerunt perenniter, et aucta in perpetuum singula singuli firmaverunt generaliter. Post mortem prefacti Eraclii [4] Lonbardi, Grecorum dominium declinantes, Grimaldum sibi regem constituunt, sub quo Italiam 662
[2] Il 16 agosto Federico II potè giungere a Verona. *Villafranca Veronese* e *Villa Fontana* sono importanti località ad oriente di Verona. Ezelino (*Cilinus*, come qui dice il testo) da Romano gli aveva preparata la via; passato il Mincio, trovò i Cremonesi, i Parmigiani, i Reggiani e i Modenesi venuti ad incontrarlo colle loro milizie. Con loro era anche il Salinguerra di Ferrara (v. capp. CXXXII, CXXXV, CXXXVI). Rinforzata così la sua armata, l'imperatore cominciò a scaricare i primi colpi del suo furore contro i distretti di Mantova e di Brescia.

[3] Del celebre Michele Scotto, vissuto verso la metà del sec. XIII alla corte di Federico II, e dei suoi versi composti non prima del 1260, riportati da fr. Salimbene nella sua Cronaca (cf. *Mon. Germ. Hist. Script.*, XXXII, p. 361), si è parlato nella Prefazione a pp. XXIV-XXV. Questo cap., o almeno l'accenno a questi versi, sarebbe opera di un terzo tardo compilatore o continuatore della nostra Cronaca.

Il bolognese fr. Pipino riferisce curiosi particolari su questo astrologo Michele Scotto "qui excogitavit novam capitis armaturam quae vulgo *cerebrerium* appellatur" (*Chron.* in *RR. II. SS.*, IX, col. 670).

[4] La Cronaca termina con quest'ultima spedizione fatta dai Faentini in principio dell'ottobre 1236. Insieme coi Cesenati mossero contro Bertinoro, poi si spinsero nella pianura ravennate fin quasi a Cervia, devastando e rovinando.

[5] *Montecchio* è sulla via Emilia, a mezza strada tra Forlimpopoli e Cesena (v. cap. CXXIX).

[6] *S. Maria in Urano* era allora celebre abbazia camaldolese presso Bertinoro; la chiesa rimane ancora.

[7] *Magliano* si trova ad occidente di Bertinoro, tra Forlimpopoli e Meldola (v. capp. CCX e CCXIX).

[8] *Aqueductus* è il nome medievale del Bidente o Ronco: rimane ancora la pieve di S. Maria in Acquedotto, ed è probabile che lì presso sostassero i Faentini e i Cesenati prima di riprendere la loro scorreria verso la pianura. "Villa plebis Aqueductus, in qua sunt focularia XVII" (*Descriptio card. Anglici*).

7 ott. perpetrarunt hostiliter. Altera vero die una cum Caesenatibus juxta civitatem Foripompilii transeuntes Faventini nihil fecerunt hostiliter. Deinde a parte inferiori villas Liviensium, Ravennatum ac Mainardorum: Sancti Thomasoli, Fornoasilo, Carpenellam, plebem Quinti, Grisagum, Sanctum Zaccariam, Sanctum Cassianum, Herbosolam, villam Traversariae [1], castro vero vacuo remanente, ad ultimum vero fere omnia, [quae] a fossato manserunt interius, ingenti flamma cremarunt. Verum quia Faventinis et Cesenatibus, pro stratam Cerviae conservando, eis tristia imminebant, et pontem Sancti Gervasii [2], quem Ravennates supra aquam Savii juxta mare mirabiliter et arte factum cum duabus munitionibus seu castellis cum duplicibus foveis magnis atque profundis fecerant, unde Ravennates et Livienses Cerviam et Caesenam iter habebant, et Ariminensibus versus Ravennam et Forlivium Caesenates viam penitus negare non poterant, quapropter Faventini milites una cum Caesenatum militibus illuc per pratariam applicuerunt velociter. At cum Ravennates, qui ad dictum pontem electi fuerant, eis visis, tanquam boni filii, per antiphrasim, honorem suae matris in dextris portantes, castra seu munitiones illas turpiter reliquerunt; quibus habitis, flamma vindice, habuere triumphum, et apud Castilionum de Honesto die Martis cum utroque populo pernoctarunt secure.
8 ott. Tertio vero die usque Monticulum una retrogredientes, ibidem se se valefacientes, ad propria per eandem viam laureati cum gloria revertuntur.

---

1. vero *om.* *A* - civit. *om.* *A* - Forumpompilium *A* — 2. nil *A* — 3. Ravennates *V A* Bors. - Mainardoras *V* Bors. - Sancti Thom. *om.* *V* — 4. Girisagum *A* - et Herb. *V* — 4-5. castro vero] Castrocario *A* Mitt. — 5. vacuo *om.* *A* - remanerent *V* — 5-6. ing.] ignea *V* — 6. pro str. Cerv.] prostrata cervice *V A* — 7. trist.] iustitia *A* - iminebat *A* — 8. duobus montonibus *A* — 9. atque] et *V* — 9-10. et Caes. *om.* *A* — 10. iter] inter *V* - et' *om.* *V* - Ariminenses *V A* — 11. potuerunt *A* Mitt. — 12. appl.] ampliaverunt *V* Bors.; applicaverunt *A* — 13. per] qui *V* - Antifrosim *V* - suae] sive *V* - destris *V* — 14. hab.] auditis flammam *A* - vind.] iuridice *V A* - habuerunt *A* — 15. pernoctare *V*; pernoctarent *A* — 16. propriam *V A* — 17. laureatae *A*

[1] Le ville qui ricordate appartenevano dunque ai Ravennati, Forlivesi e ai Mainardi di Bertinoro; si trovano infatti tutte tra il Ronco e il Savio nella pianura a nord-est di Forlì, benchè non tutte identificabili con certezza: *S. Tomasolo* potrebbe essere l'odierna parr. di S. Tomé; questa però si trova sulla sinistra del Ronco, verso Villafranca.

Fornoasilo potrebbe essere Fornovo, la celebre abbazia di S. Maria delle Grazie, che ha tutta una storia; oppure la vicina parr. di S. Giorgio di Fornovo, di cui si hanno notizie dal 1260.

Carpinello, parr. di S. Maria del Carmine, due chilometri circa più in là di Fornovo, risale al 1219.

La *Pieve di Quinto*, detta *Pievequinta*, cioè "in "quinto milliario", sull'antica via romana detta Decimano, che di là passava, sarebbe una di quelle pievi del V sec. che la tradizione attribuisce a Galla Placidia.

Grisago potrebbe essere una corruzione di Ciriado, villa ric. nella *Descriptio card. Anglici* unitamente alle precedenti.

S. Zaccaria dista circa 6 chilometri da Pievequinta in direzione di Cervia, sulla via che da Ravenna conduce a Cesena, ed è oggi parr. in dioc. ravennate.

Nella citata *Descriptio* è pure nominata una "villa "Erbosae S. Cassiani", facilmente identificabile col *S. Cassiano* e coll'*Erbosola* qui ricordate. La villa infine col "castrum Traversariae" è senza dubbio uno di quei due castelli di pertinenza della celebre famiglia ravennate, di cui si è detto in nota al cap. CLXIV.

[2] *Pons S. Gervasii super aquam Savii juxta mare* è il ponte sul Savio dove passa la via che da Ravenna per Castiglione conduce a Cervia. Infatti nelle carte ravenn. fino dal 10 ottobre 1187 è ric. *S. Gervasius in dioc. Cerviensi*; (Fantuzzi, IV, p. 284); e nella *Descriptio card. Anglici*: "Villa S. Gervasii in qua sunt "focularia quatuor". Oggi presso il su ric. ponte a pochi chilometri da Cervia un piccolo borgo conserva ancora il nome di Borgo Gervasi; e nei due odierni Castiglioni, l'uno detto di Ravenna e l'altro detto di Cervia, ai due capi del ponte, si possono facilmente identificare le due "munitiones seu castella "cum duplicibus foveis magnis atque profundis", che, al dire qui del Cronista, i Ravennati avevano mirabilmente costruite di qua e di là dal ponte, e che i Faentini e i Cesenati, essendone fuggiti i Ravennati che vi erano stati posti a custodia, incendiarono il 7 settembre 1236.

L'8 settembre Faentini e Cesenati erano già sulla strada del ritorno alle loro case; raggiunta la via Emilia a Montecchio, qui si salutarono e si separarono.

APPENDICE

I.

VETERUM SCRIPTORUM TESTIMONIA

SEU

MENTIO DE FAVENTINA URBE[1]

SILIO ITALICO *ricorda Faenza colle altre città italiche federate che portarono aiuto a Roma contro Annibale e combatterono a Canne*: 217-216 av. Cr.

Certavit Mutinae quassata Placentia bello; MITT., col. 382
Mantua mittenda certavit pube Cremonae,
Mantua, Musarum domus atque ad sidera cantu
Evecta Aeonio et Smyrnaeis aemula plectris.
Tum Verona, Athesi circumflua, et undique sollers
Arva coronantem nutrire Faventia pinum.

SILI ITALICI *Punica*, VIII, 591-596.

LIVIO, APPIANO E VELLEIO PATERCOLO *raccontano che Metello Pio, generale di Silla, vinse l'esercito di Carbone presso Faenza*: 82 av. Cr.

Sulla Carbonem, exercitu eius ad Clusium, ad Faventiam Fidentiamque caeso, Italia expulit. MITT., col. 383

TITI LIVI *Ab Urbe condita*, lib. LXXXVIII.

Περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἐν Φαουεντίᾳ Κάρβων καὶ Νωρβανὸς ἐξ ὁδοῦ βραχὺ πρὸ ἑσπέρας ἐπὶ τὸ Μετέλλου στρατόπεδον ἐλθόντες, λοιπῆς οὔσης ὥρας μιᾶς καὶ ἀμπέλων πυκνῶν περικειμένων, ἀνοήτως μάλα ὑπὸ ὀργῆς ἐς μάχην ἐξέταττον, ἐλπίσαντες Μέτελλον τῷ παραλόγῳ καταπλήξειν· ἡττώμενοι δὲ, ὡς, ἐν ἀφυεῖ χωρίῳ τε καὶ ὥρᾳ, καὶ ἐς τὰ φυτὰ ἐμπίκτοντες, ἐφθείροντο κατὰ πλῆθος, ὡς ἀπολέσθαι μὲν ἀμφὶ τοὺς μυρίους, αὐτομολῆσαι δ' ἐς ἑξακισχιλίους καὶ τοὺς λοιποὺς διαῤῥιφῆναι, μόνων ἐν τάξει χιλίων ἐπανελθόντων ἐς Ἀρίμινον (Ἀῤῥήτιον ?) .... Γαλάται τε ὅσοι ἀπὸ Ῥαουέννης ἐπὶ τὰ Ἄλπεια παρήκουσιν, ἀθρόως ἐς Μέτελλον μετετίθεντο. MITT., col. 382

(Per eosdem dies ad Faventiam Carbo et Norbanus ex itinere sub vesperam ad Metelli castra accedentes, quum unica hora diei superesset et densa circumquaque essent vineta,

[1] Sotto questo titolo il Mittarelli nelle coll. 382-386 pubblica una serie di testimonianze tolte da antichi scrittori che ricordano Faenza dal sec. III av. Cr. al sec. IX d. Cr. A quelle riferite dal Mittarelli altre qui se ne aggiungono; viceversa si sono lasciate da parte: la citazione di ORAZIO, *Sat.*, II, 3, perchè l'*Africa*, che qui il poeta ricorda, non ci pare, come è sembrato al Mittarelli e a qualche altro nostro scrittore locale, si debba identificare col *locus Africi* o *in Afri* menzionato in antiche carte come località una volta esistente presso Tredozio (antica diocesi di Faenza, ora in diocesi di Modigliana); non che le due iscrizioni, l'una in S. Pietro *in sylvis* di Bagnacavallo, e l'altra in S. Benedetto in Alpe, le quali potranno trovar posto tra le iscrizioni che verranno riportate tra i *Monumenta Faventina* nella IV Parte di questo tomo XXVIII.

irate magis quam consulte instruxerunt aciem, rati ipso inopinato consilio perterrituros se Metellum. Sed victi ut loco temporeque sibi incommodo et in arbusta compulsi, acervatim cadebant, ita ut caesis circiter x millibus, VI millibus transitione deditis, reliquis disiectis, mille soli servatis ordinibus Ariminum [Arretium] se receperint...; praeterea tota Cisalpina Gallia defecit ad Metellum, a Ravenna usque ad Alpes).

Appiani Ῥωμαικῶν ἐμφυλίων (de bellis civil.) I, 91.

Paulo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis praeliis partium eius viri hostium exercitum fuderant, duo Servilii apud Clusium, Metellus Pius apud Faventiam, M. Lucullus circa Fidentiam. Videbantur finita belli civilis mala.

C. Vellei Paterculi *Histor. Roman.*, II, 28.

37 av. Cr. Varrone *cita l'agro faentino come esempio della fertilità del suolo italico per la fecondità delle sue viti*:

Cum consedissemus, Agrasius, Vos, qui multas perambulastis terras, ecquam cultiorem Italia vidistis? inquit. Ego vero, Agrius, nullam arbitror esse quae tam tota sit culta.... An non M. Cato scribit in Libro Originum sic: "Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim "circa Ariminum datus est ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotfariam in singula iugera "dena cullea vini fiunt„? Nonne item in agro Faventino, a quo ibi trecenariae appellantur vites, quod iugerum trecenas amphoras reddat? Simul aspicit me, Certe, inquit, Libo Marcius, praefectus fabrum tuus, in fundo suo Faventiae hanc multitudinem dicebat suas reddere vites.

M. Terenti Varronis *Rer. rustic. libr.*, I, II, 3-7.

Lo stesso, come esempio dell'origine dei cognomina, *ha questo passo*:

Nomina.... habent plerique liberti(ni) a municipio manumissi, in quo, ut societatum et fanorum servi, non servarunt proportione(m et) rationem et Romanorum liberti debuerunt dici, ut a Faventia Faventinus, ab Reate Reatinus, sic a Roma Romanus.

M. Terenti Varronis *De lingua Latina*, VIII, 83.

19 d. Cr. Strabone *descrivendo la regione Emiliana dice*:

Πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδου καὶ περὶ τὸν Πάδον ἐπιφανεῖς, Πλακεντία μὲν καὶ Κρεμώνη, πλησιαίταται κατὰ μέσην που τὴν χώραν, μεταξὺ δὲ τούτων τε καὶ Ἀριμίνου Πάρμα καὶ Μουτίνη καὶ Βονωνία πλήσιον ἤδε Ῥαουέννης, καὶ μικρὰ πολίσματα ἀνὰ μέσον τούτων, δι' ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδός, Ἄγκαρα, Ῥήγιον Λέπιδον, Μακροὶ Κάμποι, ὅπου πανήγυρις συντελεῖται κατ' ἔτος, Κλάτερνα, Φόρον Κορνήλιον, Φαουεντία δὲ [Και]σήνα πρὸς τῷ Σάπι ποταμῷ καὶ τῷ Ῥουβίκωνι ἤδη συνάπτουσι τῷ Ἀριμίνῳ.

(Urbes intra Padum et ad Padum illustres sunt: Placentia et Cremona proximae, media fere regione; inter has et Ariminum, Parma, Mutina et Bononia iam Ravennae propior; tum alia oppida minora in medio harum per quae iter est Romam, Ancara, Regium Lepidum, Campi Macri, ubi quotannis solemnis conventus celebratur, Claterna, Forum Cornelium; tum Faventia ac Caesena ad Sapin fluvium et Rubiconem iam Arimino appropinquant).

Strabonis *Geograph.*, V, I, 11.

Columella *ripete la testimonianza di Varrone sulla fertilità dell'agro faentino*:

M. Cato et mox Terentius Varro prodidit singula iugera vinearum sexcenas urnas vini

praebuisse; id enim maxime asseverat in primo Libro Rerum Rusticarum Varro, nec una regione provenire solitum, verum et in Faventino agro et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.

L. Mod. Columellae *De re rustica*, III, 3, 2.

Tacito *ricorda Claudio Faventino centurione che fece defezionare da Galba a Vespasiano la flotta del Miseno*: 69 d. Cr.

Sed classem Misenensem, tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet, Claudius Faventinus centurio per ignominiam a Galba dimissus ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistulis, pretium proditionis ostentans. Mitt., col. 384

C. Corneli Taciti *Histor.*, III, 57.

Plinio Secondo, il Vecchio, *ricorda Faenza nell'ottava Regione di Italia, ne loda il* lino, *cita una donna faentina come esempio di longevità*: (70-79 d. Cr.)

Octava regio determinatur Arimino, Pado, Appennino.... fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiae. Ab eo Sapis et Vitis et Anemo; .... nec procul a mari Umbrorum Butrium. Intus coloniae, Bononia...; oppida Caesena, Claterna, Forum Clodi, Livi, Popili, Druentinorum, Corneli, Licini, Faventini, Fidentini (*populi*). Mitt., col. 383

C. Plini Secundi *Natur. Histor.*, III, 15.

Similiter etiam in Italiae regione Aliana inter Padum Ticinumque amnes, ubi a Saetabi tertia in Europa lino palma; secundam enim in vicino Alianis capessunt Retovina et in Aemilia via Faventina. Candore Alianis semper crudis Faventina praeferuntur; Retovinis tenuitas summa densitasque, candor qui Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Nervositas filo aequalior paene quam araneis, tinnitusque cum dente libeat experiri. Ideo duplex quam ceteris pretium. Mitt., col. 383

C. Plini *Natur. Histor.*, XIX, 1, 9.

Accedunt experimenta recentissimi census, quem infra quadriennium imperatores Caesares Vespasiani pater filiusque censores egerunt.... CXXX [annos ediderunt] Placentiae unus, Faventiae una mulier. Mitt., col. 383

C. Plini *Natur. Histor.*, VII, 49 (50).

Marziale *ricorda un altro Faventino che procurava amicizie al finto ricco Saufeio*: sec. I (fine)

Hos illi amicos et greges togatorum Mitt., col. 383
Fuficulenus praestat et Faventinus

M. Valeri Martialis *Epigramm.*, II, 74, 7.

Sparziano *ricorda il consolare Nigrino, che avendo congiurato contro la vita dell'imp. Adriano, fu fatto uccidere dal Senato a Faenza*: 118

Nigrini insidias, quas ille sacrificanti Hadriano, conscio sibi Lusio et multis aliis paraverat, cum etiam successorem Hadrianus sibimet destinasset, evasit. Quare Palma Terra- Mitt., col. 381

cenis, Celsus Bais, Nigrinus Faventiae, Lusius in itinere senatu iubente, invito Hadriano, ut ipse in vita sua dicit, occisi sunt.

Aeli Spartiani *De vita Hadriani*, VII.

Una lunga iscrizione bilingue nel tempio di Delfo ricorda il detto C. Avidio Nigrino (cf. C. I. L. III, 1, p. 108); e C. Plinio Secondo il Giovane *lo ric. più volte nelle sue lettere*:

C. Plinius Valeriano suo salutem... Sed, prius quam sententiae dicerentur, Nigrinus, tribunus plebis, recitavit libellum disertum et gravem.... Recitavit capita legum, admonuit senatus consultorum; in fine dixit petendum ab optimo principe (*Traiano*), ut, quia leges, quia senatus consulta contemnerentur, ipse tantis vitiis mederetur. Pauci dies, et liber principis severus et tamen moderatus. Leges ipsum; est in publicis actis.

C. Plinius Cornelio Urso suo salutem .... Postero die dixit pro Vareno Homullus callide, acriter, culte, contra Nigrinus presse, graviter, ornate.

C. Plinius Macrino suo salutem.... Perstat tamen idem ille Magnus (*Varenus*); quin etiam Nigrinum, optimum virum, pertinacissime exercet.

C. Plinius Traiano imperatori .... Recitatae et epistulae.... Domitiani ad Avidium Nigrinum et Armenium Brocchum proconsules.

Traianus Plinio.... Quaestio ista, quae pertinet ad eos, qui liberi nati, expositi... sunt, saepe tractata est.... Epistulae sane sunt Domitiani ad Avidium Nigrinum et Armenium Brocchum, quae fortasse debeant observari.

C. Plini *Epistulae*, V, 13, 6; 20, 6; VII, 6, 2; X, 65, 3; 66, 1-2.

130 dic 10 Giulio Capitolino e Sparziano *ricordano l'origine faentina, dal lato materno, di Ceionio Commodo, che col nome di Elio Vero fu Cesare di Adriano, e dell'altro Ceionio Commodo figlio del precedente, che col nome di L. Aurelio Vero fu imperatore collega di Marc'Aurelio, i quali furono, rispettivamente, l'uno genero e l'altro nipote del su ric. Nigrino di Faenza*[1].

M. III, col. 354 Natus est Lucius Romae in praetura patris sui XVIII kal. ianuariarum, die quo et Nero, qui rerum potitus est. Origo eius paterna pleraque ex Etruria fuit, materna ex Faventia.

Iuli Capitolini *Verus imp.*, I.

136 Ceionium Commodum, Nigrini generum insidiatoris quondam, sibi forma commendatum
M. III, col. 354 adoptare (Hadrianus) constituit. Adoptavit ergo Ceionium Commodum Verum invitis omnibus eumque Aelium Verum Caesarem appellavit. Ob cuius adoptationem ludos circenses dedit et donativum populo ac militibus expendit. Quem praetura honoravit.... quem cum minus sanum videret, saepissime dictitavit: "in caducum parietem nos inclinavimus et perdidimus "quater milies sestertium, quod populo et militibus pro adoptione Commodi dedimus". Commodus autem prae valetudine nec gratias quidem in senatu agere potuit Hadriano de adoptione. Denique accepto largius antidoto ingravescente valetudine per somnum perit ipsis kalendis Ianuariis.

Aeli Spartiani *De vita Hadriani*, XXIII.

[1] Cf. Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der class. Altertumswissenschaft*, III, col. 2386 alla voce: *Avidius*, e III, coll. 1830-1834, alla voce: *Ceionius*.

Hic.... primum Lucius Aurelius Verus est dictus, sed ab Hadriano ascitus in Aeliorum familiam, hoc est in Hadriani, transcriptus et appellatus est Caesar. Huic pater Ceionius Commodus fuit, quem alli Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt. Maiores omnes nobilissimi, quorum origo pleraque ex Etruria fuit vel ex Faventia. 138 Mitt., col. 384

Aeli Spartiani *Aelius*, II.

Flegonte Tralliano *porta altri esempi di longevità presso i Faentini*: sec. II

Περὶ τῶν ἑκατὸν ἔτη ζησάντων .... ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων .... Κατία Γαΐου θυγάτηρ πόλεως Φαουεντίας.

Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν .... Τίτος Κοττίνας Χρύσαντος, Τίτου ἀπελεύθερος, πόλεως Φαουεντίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε.

(De iis qui centum annos vixerunt .... ex ipsis Censuum commentariis .... Catia Caii filia civitatis Faventiae.

Qui ab annis centum et quattuor (supra)... Titus Cottinas Chrysantus, Titi libertus, civitatis Faventiae centum et quinque annos natus).

Phlegon. Tralliani Περὶ Μακροβίων (*De Longaevis*), *ed.* C. Müller, *Fragment. Histor. Graecor.*, III, 608, 609.

Ἡ δὲ Γαλλία ἡ Τογάτα ὑπέρκειταί τε αὐτῶν τῶν ὀρέων μέχρι Ῥαβέννης ἐκτεινομένη, καὶ ἔχει πόλεις τάσδε· sec. II Mitt., col. 384

Βονωνία	λγ′ L″	μγ′ L″
Κλάτερνας	λγ′ L″γ″	μγ′ L″
Φόρον Κορνηλίου	λδ′ δ″	μγ′ L″
Φαουεντίαν	λδ′ γ″	μγ′ L″δ″

(Gallia Togata supra ipsos montes sita est Ravennam tenus extenta, atque oppida habet haec....

Bononiam	33° 30'	43° 30'
Claterna	33° 50'	43° 30'
Forum Cornelii	34° 15'	43° 30'
Faventiam	34° 20'	43° 45')

Claudi Ptolomaei *Geographia*, III, I, 42.

Italiae iter, quod a Mediolano per Picenum et Campaniam ad Columnam Siciliae ducit.... [a] Bononia civit. sec. II (?)

Foro Corneli civitas	mille passuum	XXIIII
Faventia civitas	m. p.	X
Cesena civitas	m. p.	XXIIII

Ab Arimino:

Caesena civitas	m. p.	XX
Faventia civitas	m. p.	XXIIII
Foro Corneli civitas	m. p.	X
Item a Faventia Luca	m. p.	CXX
Ab Arimino Dertonam	m. p.	CCXXVIIII:
Curva Caesena	m. p.	XX
Foro Livi	m. p.	XIII

Faventia	m. p.	x
Foro Corneli	m. p.	x
Claterna	m. p.	XIII
Bononia	m. p.	x

ITINERARIUM ANTONINI, ed. O. CUNTZ, pp. 14, 19, 43.

sec. II (?) Ab Urbe (*Roma ad*) Mediolanum ....

(*ab Arimino*) mutatio Conpetu	mil.	XII
civitas Cesena	mil.	VI
civitas Foro Populi	mil.	VI
civitas Foro Livi	mil.	VI
civitas Faventia	mil.	X
civitas Foro Corneli	mil.	X
civitas Claterna	mil.	XIII
civitas Bononia	mil.	X

ITINERARIUM BURDIGALENSE, ed. O. CUNTZ, p. 102.

313 ottobre 2 *Costanzo vesc. di Faenza partecipa al sinodo di Roma, dove fu esaminata la causa dei Donatisti*:

Mitt., col. 384 Ad urbem Romam ventum est.... Convenerunt in domum Faustae in Laterano, Constantino ter et Licinio ter consulibus, sexto nonas Octobris, die sexta feria. Cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romae, et.... Constantius a Faventia.... his decem et novem consedentibus episcopis causa Donati et Caeciliani in medium missa est.

OPTATI MILEVITANI *Hist. Donatistarum*, I (MANSI, *Conc. Coll.*, II, col. 437).

sec. IV (fine) *S. Ambrogio, conosciuti i successi dell'usurpatore Eugenio, viene a Bologna, poi a Faenza*:

Mitt., col. 384 Hoc ubi cognovit Ambrosius, derelicta civitate Mediolanensi, ad quam ille (*Eugenius*) festinato veniebat, ad Bononiensem civitatem migravit, atque inde Faventiam usque perrexit ubi. cum aliquantis degeret diebus, invitatus a Florentinis, in Tusciam usque descendit.

PAULINUS in *Vita Ambrosii*, ed. M. KANIECKA, p. 68.

426 *Il* MITTARELLI, col. 384, *sotto la data 426, citando il Rossi* (Hist. Rav., II, p. 97), *pone il decreto dell'imp. Valentiniano III col quale fu costituita Ravenna metropoli ecclesiastica, assoggettandole tutti i vescovi dell'Emilia e quindi anche Faenza. È certo che al tempo di S. Pier Crisologo arcivesc. di Ravenna nel 431 Ravenna aveva già acquistata la dignità metropolitica. Il diploma di Valentiniano III però non è autentico; sembra sia stato redatto soltanto nel 666. Cf.* TESTI-RASPONI, *in nota al* Lib. Pontif. Eccles. Rav., RR. II. SS., II, III, I, p. 114, n. 41; LANZONI, Cronotassi dei vesc. di Faenza, p. 25. *Il Mittarelli aggiunge che il decreto imperiale fu poi confermato da pp. Gregorio Magno; forse si riferisce alla lettera che questo pp. scrisse il 15 agosto 595 all'arcivesc. di Ravenna Mariniano confermando in genere tutti i privilegi della chiesa ravennate* (*cf.* GREGORII I *Registr.*, V, n. 61, *in* Mon. Germ. Hist., *Epist.* I, pp. 575-576).

Giusto vesc. di Faenza interviene con altri cinquanta vescovi al sinodo romano tenuto da pp. Ilario: 465 novembre 18

Flavio Basilisco et Herminerico viris clarissimis consulibus, sub die decimo quarto kalendarum decembrium, residente viro venerabili Hilaro papa in Basilica sanctae Mariae, et.... Iusto Faventino. MITT., col. 384

(MANSI, *Conc. Coll.*, VII, col. 959).

Odoacre e i Goti di Teodorico presso Faenza: 489

Eo anno missus est Tufa magister militum a Theoderico contra Odoacrem Ravennam. Veniens Faventiam Tufa obsedit Odoacrem cum exercitu, cum quo directus fuerat, et exiit Odoacar de Ravenna et venit Fauentiam et Tufa tradidit Odoacri comites patricii Theoderici et missi sunt in ferrum et adducti Ravennam.

ANONYMUS VALESIANUS (Mon. Germ. Hist., *Auct. antiquiss.*, IX, *Chronica minora*, I, *Consularia Italica*, p. 316).

Re Teodorico ordina al consolare Anastasio di far trasportare da Faenza a Ravenna, ma con prudenza, certi grossi massi, forse avanzi di antiche costruzioni romane: 523-526

Anastasio Consulari Theodericus Rex. — Convenit sublimitatem tuam nostris iussionibus oboedientiae tribuere sedulam firmitatem, quatenus ad effectum trahatur quod salubri ordinatione disponitur. Moderate siquidem novit iniuncta sibi complere prudentia et sine ingratitudinis naevo delegata explicabili procurare consilio. Atque ideo ad Faventinam civitatem civilem executionem te praecipimus destinare, ut sine cuiusquam concussione vel damno *quadrati* ad Ravennatem urbem ex nostra iussione devehantur, quatenus et nostro desiderio gratulemur impleto et querulis vociferandi amputetur occasio. MITT., col. 385

M. AUR. CASSIODORI SENATORIS *Variarum Lib.*, V, ep. VIII (Mon. Germ. Hist., *Auct. Antiquiss.*, XII, p. 148).

Re Atalarico invia nel territorio faentino Dumerit Saione e Florenziano per comporre alcune differenze tra Goti e Romani: 527

Dumerit Saioni et Florentiano viro devoto Comitiano Athalaricus rex. — Severitas publica sicut ab innocentibus vacat, ita necesse est, ut in sceleratis operam suae districtionis impendat, quia non semper unum merentur iudicium diversa merita personarum. Morbi ipsi dissimilibus sucis sanantur herbarum; aliis cibi, aliis ferrum optatam revocat sospitatem et pro qualitate passionis praeceptum merentur artificis. Et ideo devotio vestra per Faventinum territorium incunctanter excurrat et, si quos Gothorum atque Romanorum in direptionibus possessorum se miscuisse reppererit, secundum facti aestimationem et damnis affligantur et poenis, quia gravius plectendi sunt qui nec ammonitionibus iustis nec initiis principis oboediendum esse crediderunt, quando maior ambitus novis dominis velle servire, ut commendati bonis initiis reliquam vitam securitatis munere perfruantur.

M. AUR. CASSIODORI SENATORIS *Variarum Lib.*, VIII, ep. XXVII (Mon. Germ. Hist., *Auct. Antiquiss.*, XII, p. 257).

MARCELLINO CONTE, GIORDANE E PROCOPIO *ricordano la vittoria presso Faenza di Totila sui duci bizantini*: 542

Post consulatum Basilii anno secundo. — Gothi Erari[c]o rege occiso, Totilam in regnum

manciparunt. Qui malo Italiae mox Padum transit et ad Faventiam Aemiliae civitatem Romanum exercitum superat, duces effugat, Caesenam et Urbinum, Montem feretris et Petra pertusa occupat, huc illucque discurrens devastat Italiam.

MARCELLINI COMITIS *ad Chronicon Auctarium* (Mon. Germ. Hist., *Auct. Antiquiss.*, XI, *Chronica minora*, II, p. 107).

In regno malo Italiae Baduila iuvenis nepos asciscitur Heldeba[l]di. Qui mox et sine mora Faventino in oppido Aemiliae soli proelio commisso Romanum superavit exercitum; et nec diu post haec item per suos ad Mucellos annonariae Tusciae feliciter dimicans iudices fugat, exercitum partim donis, partim blanditiis sibi consociat totamque Italiam cum ipsa Roma pervadit omniumque urbium munimenta destruens.

IORDANIS *Romana et Getica* (Mon. Germ. Hist., *Auct. Antiquiss.*, *Romana*, V, I, p. 50).

Ἐπεί τε Ἀρταβάζης ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἦλθε, πολλά τε ὀνειδίσας καὶ λοιδορησάμενος ἅπασι ξὺν αὐτοῖς ᾔει. Τόν τε Ἠριδανὸν διαβάντες ἐν Φαβεντίᾳ πόλει ἐγένοντο, ἣ χώρας μὲν τῆς Αἰμιλίας ἐστὶ, σταδίους δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν Ῥαβέννης διέχει. Τουτίλας δὲ τὰ ἐν Βερώνῃ ξυμπεσόντα μαθὼν Γότθων τε τῶν ἐκ Βερώνης πολλοὺς μετεπέμπετο, καὶ ἐπεὶ παρῆσαν παντὶ τῷ στρατῷ ἐς πεντακισχιλίους ὄντι, ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ᾔει.... Ἤδη δὲ ὁ τῶν Γότθων στρατὸς ἄγχιστα ἐγενόνει, καὶ ἐπεὶ διαβαίνειν τὸν ποταμὸν ἔμελλον, ξυγκαλέσας Τουτίλας ἅπαντας τοιαῦτα παρεκελεύσατο.... οὓς δὴ κατιδόντες Ῥωμαῖοι.... ἔς τε ὀρρωδίαν ἔπεσον καὶ αὐτίκα δὴ ἐς φυγὴν ὥρμηντο.... φεύγοντάς τε οἱ βάρβαροι οὐδενὶ κόσμῳ Ῥωμαίους ἔκτεινον.

(Romanum Artabazes assecutus exercitum, una perrexit, omnes probris passim increpando, Eridano transito, pervenere Faventiam, quae urbs provinciae est Aemiliae, et Ravenna stadiis CXX distat. De his, quae Veronae contigerant, certior factus Totilas, Gothorum, qui in illa urbe erant, magnam partem accersit, atque ubi affuere, copias omnes, ad quina millia collectas, in hostem duxit. Iam vero Gothorum exercitus appropinquabat; cumque ad traiectum fluminis ventum est, Totilas advocata concione, hac oratione suos accendit.... Conspicati illos Romani.... exhorruerunt metu ac fugae statim se commendarunt; foede fugientium stragem fecere barbari).

PROCOPI Γοτθικὸς Πόλεμος, III, capp. 3-4, ed. I. HAURY, Lipsia 1905.

Narsete impegnato contro i Goti, da Lucca, invia il suo fido Stefano all'esercito acquartierato presso Faenza, perchè da questa città trasporti i suoi accampamenti a Parma:

Τὰ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα, ὧν δὴ Ἰωάννης τε ὁ Βιταλιανοῦ, ᾗπέρ μοι ἤδη ἐῤῥήθη, καὶ Ἀρταβάνης ἡγοῦντο, τοῦ τε Ἐρουλικοῦ ὁμίλου ὁπόσον τῇ φυγῇ διεσέσωστο, αὐτίκα ἐς Φαβέντειαν μετανέστησαν τὴν πόλιν.... Ὁ Ναρσῆς.... ἀκριβῆ τὴν πολιορκίαν πρὸς τοὺς Λουκανοὺς ἐποιεῖτο. Ἐχαλέπαινε δὲ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς, ἀνθ' ὧν τὰ ἐπίκαιρα χωρία καταλιπόντες, οἱ δὲ ἐς Φαβέντειαν ἐτύγχανον ἀφιγμένοι, καὶ ἐς τοὐναντίον αὐτῷ τὰ τῆς προμηθείας ἐχώρει.... οὔκουν ἀνεκτὸν τοῦτο ἡγούμενος, ἔστελλεν αὐτίκα ὡς τοὺς στρατηγοὺς ἄνδρα τῶν οἱ ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτηδείων, ᾧ δὴ Στέφανος μὲν ὄνομα ἦν.... Στέφανος μὲν.... ὡς τάχιστα ᾔει.... Οἰμωγαὶ δὲ ἠκούοντο τῶν ἀγροίκων, καὶ μυκήματα βοῶν ἀπελαυνομένων, καὶ πάταγοι τῆς ὕλης διατεμνομένης. Καὶ τοῖς τοιούτοις δεινοῖς πανταχόθεν παραβομβούμενοι, μόλις ἐς Φαβέντειάν τε καὶ τὸ στρατόπεδον ἵκοντο.... ἔπεισεν ἅπαντα αὐτίκα παλινδρομῆσαι, καὶ αὖθις πρὸς τὴν Πάρμαν στρατοπεδεύσασθαι.

(Copiae vero Romanorum quas Ioannes Vitaliani filius, ut antea dixi, et Artabanes ducebant, et ex Herulis quotquot fuga evaserant, Faventiam statim sese receperunt.... Narses.... arctiore obsidione Lucenses pressit. Aliis vero praefectis militaribus graviter suc-

censebat, quod, opportunioribus locis derelictis, Faventiam sese contulissent, et in contrarium ipsi consilia sua cessissent.... quod quidem cum minime ferendum existimaret, confestim ad praefectos illos perquam idoneum virum misit, cui Stephanus quidem nomen erat.... Stephanus itaque.... quam celerrime iter fecit.... Eiulatus itaque agrestium exaudiebantur, et boum abactorum mugitus, eque lignatione, quam in silvis faciebant, fragor; et talibus quidem horroribus omni ex parte eorum aures personantibus, aegre tandem Faventiam et ad exercitum pervenerunt.... persuasit omnibus, ut revocato itinere, rursum ad Parmam castra transferrent.

AGATHIAE SCHOLASTICI *De bello Gothico*, I, 15-18.

Φαβεντία, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Φαβεντῖνος, ὡς Πλακεντῖνος. sec. VI (metà c.)
(Faventia, urbs Italiae. Gentile, Faventinus, ut Placentinus). MITT., col. 385

STEPHANI BYZANT. *Gentilia per epitomem* seu *De urbibus.*

Leonzio vesc. di Faenza interviene al sinodo romano tenuto da pp. Martino I contro i Monoteliti e ne sottoscrive gli atti: 649 ottobre 5-31

Praesidente sancto ac beatissimo Martino papa.... in ecclesia Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quae vocatur Constantiniana, residentibus etiam viris venerabilibus (*seguono i nomi dei 105 vescovi intervenuti, tra i quali*):

Λεοντίου ἐπισ. Φαβεντίας (Leontio Faventiae episcopo).

A un certo punto degli Atti, il papa Martino dice:

κατὰ τὴν αἴτησιν Λεοντίου τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν ἀδελφοῦ προαγέσθω τῆς ἁγίας πεντότης συνόδου τὰ πεπραγμένα.

(Secundum ea quae poscuntur a Leontio dilectissimo fratre nostro, gesta venerandi quinti Concilii nobismet producantur).

E tra le sottoscrizioni: Λεόντιος ἐπίσκ. Φαβεντίας ὁμ.

(Leontius episcopus Faventiae statuens subscripsi). MITT., col. 385

(MANSI, *Conc. Coll.*, X, coll. 867-868; 1065-1066; 1167-1168).

Vitale vesc. di Faenza interviene al sinodo romano tenuto da pp. Agatone e sottoscrive la lettera sinodica, la quale venne poi letta ed inserita tra gli Atti del III Conc. di Costantinopoli (VI Ecum.): 680 marzo 27

Βιτάλις ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Φαβεντίας .... ὁμοίως ὑπέγ.

(Vitalis episcopus sanctae ecclesiae Faventiae similiter subscripsi). MITT., col. 385

(MANSI, *Conc. Coll.*, XI, coll. 315-316, 776).

I Faentini partecipano alla ribellione dei Ravennati contro i Bizantini: 711

Tunc elegerunt sibi Ravennates praestantiorem virum.... nomine Georgium.... Livienses accolae instent in littore curvo; Bedente vetere amne castra Faventina scrutentur post Lachernum portus et Eridani ora. MITT., col. 385

AGNELLI *Lib. Pontif. Eccles. Ravenn.* (Mon. Germ. Hist., *Script. Rerum Langobard.*, n. 140, pp. 369-370.

757-757 *Il pp. Stefano II scrivendo, poco prima di morire, a Pipino re dei Franchi gli comunica che, morto Astolfo re dei Longobardi, il nuovo re Desiderio gli ha promesso di restituire alla sede apostolica le città di Faenza, Imola e Ferrara. E il* Continuatore della Storia di Paolo Diacono *dice che di fatto Desiderio fece tale restituzione, ma dopo non molto riprese la città di Faenza:*

Pollicitus est (*Desiderius*) restituendum beato Petro civitates reliquas: Vaventia (*Faventia*) Imulas et Ferraria cum eorum finibus.

Stephani II *Epist.* n. 11 (*Codex Carolinus* in Mon. Germ. Hist., *Epistolae*, III, p. 506).

Qui (*Desiderius*), Deo ita disponente, promotus ad eandem (*regalem dignitatem*) statim eidem summo pontifici civitates quas promiserat reddidit, videlicet Ferrariam cum suo ducatu et Faventiam cum Castro Tyberiaco, id est Bagna Cavallum.

Brevi tempore post hec evoluto, Desiderius rex Langobardorum fidefragus Faventiam urbem, que ad ius ecclesie Romane pertinebat, abstulit.

Pauli Diaconi *Hist. Langob. Continuatio* III, nn. 45, 48 (Mon. Germ. Hist., *Script. Rerum Langob.*, pp. 211, 212.

769 aprile 12-14 *Giovanni vesc. di Faenza interviene al sinodo romano tenuto da pp. Stefano III, quale messo di Sergio arciv. di Ravenna, insieme con Antonino vesc. di Cesena*:

Mense Aprile, die duodecimo, indictione septima, praesidente ter beatissimo et coangelico Stephano Summo Pontifice.... in venerabili basilica Salvatoris Domini nostri Iesu Christi que appellatur Constantiniana iuxta Lateranis, *considentibus* etiam cum eo reverendissimis ac sanctissimis episcopis, idest.... Ioanne episcopo Faventiae misso etc....

(Mansi, *Conc. Coll.*, XII, coll. 713-715).

772 *Desiderio re dei Longobardi porta via all'esarcato di Ravenna, Faenza, il ducato di Ferrara e Comacchio*:

Hic vero confirmato regno, cum iam per annos plures regnasset, immitator factus Aistulfi, abstulit civitatem Faventinam et ducatum Ferrariae seu Comachium de exarcato Ravennate. Ad quem Adrianus papa sepius suos missos direxit et obsecratorias litteras misit, deprecans eum, ut a tantis malis resipisceret et eas quas abstulerat ad sedem apostolicam redderet civitates; sed nequaquam eius cor lapideum potuit emmoliri.

Pauli Diaconi *Hist. Langob. Continuatio Romana*, n. 6 (Mon. Germ. Hist., *Script. Rerum Langob.*, p. 201).

Il papa Adriano I scrivendo a Carlo re dei Franchi si lamenta che l'arcivesc. di Ravenna Leone tenti di strappare alcune città dell'esarcato dalla giurisdizione della Santa Sede:

774 fine In sua potestate diversas civitates Emiliae detinere videtur, scilicet Faventias, Forumpopuli, Forolivi, Cesinas, Bobio, Comiaclum, ducatum Ferrariae seu Imulas atque Bononias, asserens quod a vestra excellentia ipsae civitates una cum universo Pentapoli illi fuissent concessae.

775 De aliis civitatibus Emiliae, idest Faventias, ducatus Ferrariae, Cumiaclo, Forolivi, Forumpopuli, Cesinas et Bobio seu Tribunatum decimo, nullum hominem exinde ad nos pro suscipiendis praeceptis actionum advenire permisit; nam illi omnes parati erant ad nos coniungere.

Hadriani I *Epist.* (*Cod. Carol.*, nn. 49, 55 in Mon. Germ. Hist., *Epistolae*, III, pp. 568, 579).

PACTUM HLUDOWICI PII CUM PASCHALI PONTIFICE.... 817

Nec non et exarchatum Ravennatem sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, quae pie recordationis domnus Pipinus rex ac bone memorie genitor noster Karolus imperator beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iamdudum per donationis paginam restituerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiliam: Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Immolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum etc. MITT., col. 385

Mon. Germ. Hist., *Legum sectio II, I* (*Capitularia Regum Francorum*), n. 172, p. 353.

Leone vesc. di Faenza interviene al sinodo mantovano tenuto dal pp. Eugenio II " in causa " patriarchatus Aquilejensis ": 827 giugno 6

Anno pontificatus sanctissimi et universalis papae Eugenii quarto.... per indictionem quintam, octavo idus Iunii, congregata synodus.... in qua adfuerunt.... Leo Faventinus Episcopus. MITT., col. 386

(MANSI, *Conc. Coll.*, XIV, coll. 493-494).

In Provincia Flaminea. Metropolis Ravenna suffraganeos habet XV.... Faventinum etc. sec. IX?

PROVINCIALE ROMANUM VETUS (*Albini Scholari*) (MIGNE, *P. L.*, XCVIII, col. 471).

II.

DOCUMENTI

I.

1153 marzo 30

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo tercio, temporibus [Eugenii] pape et Friderici electi regis, die secundo exeunte mense marcii, [indictione prima, Casule] territorio Corneliensi.

Hic denotatur qualiter dominus Guido Raynerii de Sasso potestas atque rector debet facere finem Imolensibus de civitate et burgis ibi consistentibus de omni maleficio, quod quondam fuit inter Bononienses et Ymolenses, et actione tam civili quam criminali, quam toti Communi fieri faciet, insuperque iurabit et iurare faciet civitatem Ymole et burgos et salvare et protegere et eorum personas eorumque bona, que habent, tenent et acquirent, adiuvare, habere, tenere et defendere ab omni homine; et de lite, quam nunc habent vel deinceps habebunt, similiter bona fide absque fraude adiuvare, a flumine [Claterne] usque ad [Casulam] et ad decem miliaria supra stratam usque ad paludes, si necesse eis fuerit; et hec omnia bona fide absque fraude ulla in perpetuum de cetero observabunt; pro eo quod Ymolenses Bononiensibus omni anno in festivitate sancti Petri duo pallia optima debent offerre, et unam de portis Bononiam defferre, et destructionem murorum in potestatis Bononie voluntate ponere, exceptis portis, ita quod non destruantur, exceptis ecclesiis et domibus super muros existentibus; et turrem Basuini pro voluntate potestatis destruere; et homines sancti Cassiani et Castri Ymole ab omni debito absolvere, et eos reddere et absolvere, et ad sua loca cum eorum bonis, que modo habent, prout possunt, permittere remeare, nec de cetero inbrigare bona fide absque ulla fraude; mortuos autem, qui mortui fuerunt apud Castrum Ymole, si potestas voluerit, reddere, et honorem pro libitu potestatis Bononie, sensu potestatis Ymolensis [et] suorum Sapientum, bona fide facere; et si ex hominibus sancti Cassiani et Castri Ymole decem aut XII de recessu discordare voluerint, laudo potestatis Bononie et Ymole et suorum Sapientum hec discordia terminabitur. Ymolenses autem omnes de civitate et burgis et tocius comittatus finem perpetuum facient de omni malleficio quod quondam fuit inter eos, et actione omni tam civili quam criminali; et hoc omnibus hominibus de civitate et burgis facere; et eos pro eorum posse in tota eorum forcia eorumque bona, bona fide absque fraude ulla, salvabunt, protegent et custodient; et de omni lite et actione, quam nunc habent vel deinceps habebunt, contra omnes homines adiuvabunt. Hostes et cavalcatas facient ubi Bononienses voluerint, et tantum stare quantum Bononienses, excepto contra Ravegnanos, ad eorum bonorum tuitionem, videlicet capitaneorum, vasallorum et populi; et cum Bononienses equites facient pro eorum negotio, et ipsi facient pro eorum posse; et cum collectam facient in civitate et ipsi similiter facient; et omnia quemadmodum una ex portis Bononie facient; et hec omnia bona fide sine fraude ulla in perpetuum de cetero observabunt. Hanc eandem finem, quam potestas Bononie suo Communi faciet facere, comittibus et cuncte eorum parti Imolensibus faciet facere; ei vero qui hanc finem neglexerit Ymolenses nichil debeant, et Bononienses adiuvabunt bona fide; et hanc eandem finem Ymolenses similiter facient comitibus et eorum parti. Pro possessionibus vero et tenimentis, quas ab eis Imolenses iure emphiteotico vel libellario vel quolibet pacto sive scripto habuerunt et tenent, et servitia, prout mores terre exigunt, eis persolvent, non solutas simpliciter reddent, et que in feudum sunt servient; eas vero possessiones, quas nullo predictorum pactorum titulo tenent, aut reddent, aut conventionem cum eis facient; pro istis omnibus ab Ymolensibus adimplendis hone-

ribus Bononie ab hinc usque ad Pentecostem diem venturum proxime Ymolenses terminum habeant; eas vero possessiones, quas comites vel eorum pars Ymolensibus abstulerunt, eis ratificabunt et reddent.

Actum apud Casulam territorii Corneliensis indictione predicta. Que vero scripsi ego Pizolus Ymolensis notarius, et potestas Bononie firmabit et firmare faciet decem bonis hominibus quod supra hoc, quod hic legitur, non debeat facere Ymolensibus nec imperare.

Ego Lambertus Communis Bononie notarius hanc cartam sicut vidi scriptum per manum Pizoli imolensis notarii, et ab eodem perhibente, quod ita scripserat, audivi, ita exemplavi et scripsi [1].

II.

1153 luglio 18

xv Kal. augusti, indictione prima. Nos quidem Immolenses pro mortuorum honore iuxta preceptum domini Guidonis Ranerii de Sasso Dei gratia bononiensis rectoris et potestatis atque Faventinorum consulum, fossatos omnes de novis civitatibus Bononiensibus et Faventinis in destructionem, pro eorum velle, damus. Insuper et similiter et idem de fossatis Spuvilie usque ad fossatum novum; de fossatis autem civitatis antique, circumcirca iuxta mensuram designatam a Tederico, tribuimus in explanationem unum semissem exceptum extra murum ubi murus est vel rizolus; nova quidem etiam hedifitia omnia a IIII^or diebus retro hedificata destruemus et destruere promittemus. Ultra hec que scripta sunt, nec factum erit Immolensibus nec imperabitur a Bononiensibus vel Faventinis vel ab aliquo pro eis eorum iussione; et potestas et consules faventini debent facere ut Malvicinus et comites, videlicet Guicon et comitissa, et homines Bagnacaballi, Tausignani et Mazencolli finem faciant Immolensibus, et hoc bona fide; et ducentis hominibus in hostibus fidem faciet facere bona fide et ad Bononiam per hostia, et Faventini C hominibus facient facere et ad Faventiam per hostia [2].

III.

1158 novembre 25

Diploma dell'Imperatore Federico I (Barbarossa) in favore della Chiesa Faentina.


[In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fredericus divina] favente clementia Romanorum [Imperator Augustus. Divinum ministerium iuxta Apostolum gerimus: vindices maiorum sumus], qui imperii moderamine fungimur, dign[umque est] in eo iunctio [nostra divino cultui militet, invigilet et laboret, qua et christiana re]ligio tutissima maneat, et pro statu imperii nostri suppli[care non de]sinat. Quam ob rem, [licet omnibus Ecclesiis providere et ad exhib]endum divinum cultum pacatissimas reddere velimus, specialiter tamen Faventinam iuvare decrevimus, quam interventu fidelium nostrorum R. Cancellarii et Guid[onis] Blandrathensis comitis, sed et domini Ramberti eiusdem sedis antistitis, in nostram tuitionem suscipimus, nobisque commissam tutissimam fieri volumus huius praecepti nostri decreto, salvo per omnia imperiali iure; eidem Ecclesiae confirmantes quaecumque sub praefato Ramberto Episcopo iuste adquisivit, vel in futurum legitime adquisita est, vel quae vetustis modernisque temporibus iuste ac legaliter habuit, vel nunc habet, vel in posterum habebit: idest omnes canonicas congregaciones, monasteria, xenodochia, plebes, seu quascumque ecclesias, cum terris, decimis, primitiis, oblationibus, et omnibus pertinentiis, curtes etiam, villas, castella, terras cultas vel incultas, silvas, paludes, aquas, aquarumque decursus, et omnia quae intra civitatem ipsam Faventiam, vel extra, iuste detinet, cum portis quoque et publicariis, mercatis, stationibus, reditibusque villarum, et ripaticis, et si quae sunt alia quae eidem Ecclesiae iure pertinent, seu pertinere debent, absque theloneis et districtis nostris. Si vero aliquo modo eventu, ut saepe contingit, quod eiusdem Faventinae Ecclesiae instrumenta deperierint, quibus ipsa Ecclesia bona sua retineri ac tueri debuerat, statuimus, et pro animae nostrae remedio praeceptali pagina confirmamus, ut si qua vel in scriptis, vel probabili testimonio antiquorum et veridicorum virorum reperiri potuerint, nostra imperiali auctoritate suffulta, eidem Ecclesiae inconvulsa atque inviolata, omnium hominum contradictione remota et salvo iure nostro, permaneant; irrita fieri iubentes quaecumque infideles nostri [Imperii nociva eidem Ecclesiae Faventinae] beneficiis, feodis seu alio

[1] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Nov.*, I, f. 54 *v*; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 1; ed. MITTARELLI, col. 598; SAVIOLI, *Annali Bologn.*, I, II, p. 228.

[2] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 17; ed. SAVIOLI, *Ann. Bologn.*, I, II, p. 229.

quolibet distraxerint. Imperiali quoque edicto nostro praecipimus ut nullus dux, [marchio, comes, vicecomes, castaldio], schuldachius, capitularius, nulla persona magna vel parva, audeat distringere homines praedictae Ec[clesiae, vel supra terram eiusdem Ecclesiae vel monasteriorum vel caeterarum eccle]siarum ad Episcopatum Faventinum pertinentium habitantes; [nec de terris] eiusdem Ecclesiae [placitum vel districtum facere aut fodrum vel angariam seu commendationem] vel aliquam publicam vel privatam exactionem [requirere praesumat, excepto solo Imperatore vel eius certo legato; clericos etiam eiusdem Ecclesiae ab omnium] laicorum districto, a fodro [et publica exactione liberos esse praecipimus, ut a solo Episcopo, qui Ecclesiae praefuerit, distringantur, quo, cunctis huiusmodi] occupationis absoluti, mini[steriis suis expeditius vacent et pro statu Imperii nostri liberius supplicent. Quicumque autem huius nostri praecepti violator ex]stiterit, sciat se [compositurum auri libras centum, medietatem Camerae nostrae, medietatem praedictae Faventinae Ecclesiae. Quod ut certius credatur et firmius observetur, praesentem paginam nostri sigilli impressione munitam confirmavimus.

Signum d. Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi



Ego Romualdus cancellarius vice Friderici etc. recognovi anno Dominicae incarnationis 1158, indict. 7, regnante Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo.

Data in Runchalia 7 kalend. decemb., anno regni eius septimo, Imperii vero quarto] [1].

IV.

1168 giugno 16

Anno Domini millesimo centesimo LXVIII, XVI kal. iulii, indictione prima. Nos Faventini iuramus personas hominum Bononiensium et sancti Cassiani et Castri Ymole et eorum bona salvare et defendere in tota nostra fortia. Et si impedimentum eis apparuerit in tota nostra fortia, illud faciemus per eos quod et per Faventinos; et hostes faciam (faciemus) per duas vices in anno, semel cum toto Communi ad nostrum proficuum vel dampnum et expendium usque ad Panarium, et per VIII dies stabimus; et alia vice cum militibus et sagittariis usque ad Mutinam, et postquam coadunati fuerimus cum Bononiensibus, per octo dies stabimus in eorum servitio cum nostro stipendio et nostro lucro et dampno. Et hec omnia debent (debemus) facere decem milibus super stratam et decem subtus stratam. De negotio Ymmole ita promittimus per bonam fidem et sine fraude et dolo guerram facere vobiscum et sine vobis, postquam invitati fuerimus a Bononiensibus vel ab hominibus sancti Cassiani vel ab hominibus Castri Ymole pro Communi duobus diebus postea; et si invitati fuerimus stare ad assedium supra civitatem Immole a supradictis pro Communi, post octo dies ex quo requisiti fuerimus, veniemus et stabimus; et cum inimicis Bononiensium et hominum sancti Cassiani et Castri Ymmole nec finem, nec treuguam, nec certam menam, nec recredutam guerram faciemus sine Communi Bononiensium et sancti Cassiani et Castri Ymole, nisi malo studio steterint. Et hec omnia observabimus cum commodo et incommodo nostro, excepto quod si bononiensis fuerit captus in nostro servitio, quod eum càmbiemus simili et equali cambio. De Ymola et castro sancti Cassiani et Castro Ymmole et toto comitatu ita tenebimus ut in instrumentis continetur; et si instrumenta non apparuerint, secundum hoc quod habebamus et tenebamus octo dies antea quam imperator Fredericus prima vice intravit Ytaliam. Bona ecclesie sancti Cassiani bona fide salvabimus, et si homines predicte ecclesie nos offenderint, et nobis non emendaverint, ad voluntatem Bononiensium et nostram emendare debent. Et si aliqua discordia apparuerit inter homines sancti Cassiani et Ymolensium et Castri Ymmole, voluntate duorum hominum Bononie et duorum hominum Faventie concordetur. Hec omnia in perpetnum observabimus, et in omni capite X annorum in contione renovabimus; et novam amicitiam non faciemus a civitate Faventie usque ad Parmam, nisi malo studio steterint; salva societate civitatum Longobardie. Et hec omnia observabimus per bonam fidem et sine fraude.

Romane legis ego Guido tabellio regis [Friderici] scripsi [2].

---

[1] Frammento originale nell'Archivio Capitolare di Faenza; integrato colle parole, tra parentesi, desunte dal documento stesso edito per intero dall'UGHELLI, *Italia Sacra*, II, col. 497.

Cf. H. SIMONSFELD, *Weitere Urkunden Friedrich Rotbarts in Italien*, Monaco, 1906, p. 390; STUMPF-BRENTANO, *Die Reichskanzler*, Innsbruck, 1865-1883, III, n. 3824; copia in ARCH. CAPIT., *Vet. Mon. Coll.*, II, n. 63; in parte nel VALGIMIGLI, II, p. 90; cenno in TONDUZZI, p. 196; MITTARELLI, col. 440; STROCCHI, p. 126; BORSIERI, pp. 764 e 771, n. 63; LANZONI, *Cronotassi*, p. 88.

[2] ARCHIVIO DI STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, f. 25; copia in BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 9; ed. MITTARELLI, col. 601; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 6.

V.

1168 giugno 16

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini nostri Iesu Christi M. C. L XVIII, imperante domino Federico Romanorum imperatore senper augusto, XVI kalendas iulii, indictione prima; in presentia bonorum hominum, quorum nomina hec sunt, scilicet Prindeparte Artinixe consul Bononie, Rolandus Veclo, Rodulfus Capello, Iambonus Falsopunto, Albertus notarius et Bennus consul Faventie, Guido de Segnorello, Martinus Camerinus, Totilo notarius. In istorum presentia Ugolinus portonarius Immole per mandatum consulum Immole, videlicet Rambertini de Bulgaris, Marchi de Binello, Ugonis Rozone, Lotherii de Laurençis, Strufoli, Guilielmi de presbytero Uberto et iussu totius populi, in plena contione facta in curia sancti Laurentii, ita iuravit.

Nos Immolenses iuramus salvare Bononienses et Faventinos in personis et in rebus, et castrum sancti Cassiani et eius ecclesiam cum suis rebus et personis, et Castrum Immole in personis et in rebus. Et iuramus facere equites quando Bononienses et Faventini facient, et facere hostes et cavalcatas quando ipsi fecerint et nobis preceperint; et facere collectam pro eis in nostra civitate quando ipsi fecerint in suis civitatibus, excepto si contigerit collectam fieri pro imperatore, de qua, si non possent nos liberare, tunc non debent a nobis exigere. Insuper iuramus iuvare eos tenere comitatum et episcopatum Immole bona fide et sine fraude, et non recipere in nostra civitate homines sancti Cassiani et homines Castri Immole neque homines episcopatus et comitatus sine eorum velle. Et insuper iuramus dare IIII pallia in festivitate sancti Petri omni anno, duo Bononiensibus et duo Faventinis. Et Bononienses et Faventini debent iurare salvare Immolenses et civitatem et burgos et homines in personis et in rebus et in possessionibus. Idem debent iurare homines sancti Cassiani et homines Castri Immole bona fide et sine fraude. Et si offensio aliqua evenerit inter Faventinos et Imolenses, si concorditer inter se non potuerint componere, sit in laudo Bononiensium, et ipsi infra XL dies debeant diffinire iure seu usu bono. Idem si contigerit inter Bononienses et Immolenses, quod sit in laudo Faventinorum. Si vero inter ecclesiam sancti Cassiani et eorum homines et homines Castri sancti Cassiani et homines castri Ymole, et ex alia parte Immolenses, quem elegerint ex Bononiensibus vel Faventinis ipse sit iudex; si vero non elegerint, uterque sit iudex; et diffiniant infra XL dies iure vel bono usu, nisi consensu partium intervenerint. Hec omnia iuraverunt observaturos in perpetuum bona fide et sine fraude.

In ista contione interfuere Iohannes de Rambertino, Bulgarus de Alberto de Bulgaro, Safius, Rodulfus de Mariscotto, Bonus Pirolus, Zavarisius de Ragone, Russus de Iohanne Bonovino, Ildebrandus et alii quam plures.

Ego Albertus imperatoris Friderici nunc quoque populi Bononiensis notarius interfui et scripsi.

Ego Lambertus Communis bononiensis et imperatoris Federici auctoritate constitutus notarius presentem cartam secundum quod vidi in alia carta scripta per manum Alberti notarii ita exemplavi et scripsi [1].

VI.

(1173-1176) giugno 4

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis, clericis et laicis de Bagnacavallo salutem et apostolicam benedictionem. Ad nostram audientiam noveritis pervenisse, unde si verum est miramur plurimum et movemur, quod cum ecclesie Faventine tamquam membra suo capiti per omnia et in omnibus teneamini respondere et eidem debitam obedientiam et reverentiam exhibere, irrequisitis canonicis predicte ecclesie, a Bononiensi et Rhegino episcopis, qui nihil iuris habent in castro vel ecclesia vestra, in quodam loco, in signum ut ibi debeat oratorium edificari, quamdam crucem figi fecistis. Cumque predicti canonici ad locum ipsum accessissent et vos rogarent humiliter et devote ipsam, que sine assensu eorum inibi posita fuerat, exinde permitteretis auferri, vos, non solum precibus eorum non acquievistis, verum etiam quandam aliam crucem maiorem priore ad iniuriam et contemptum eorumdem in predicto loco posuistis, dicentes quod per eos in loco ipso non pateremini auferri crucem nec auferretis, et quod ad reconciliationem ecclesie vestre venirent, si vellent, sin autem, per aliquem de circumpositis episcopis, eis irrequisitis, ecclesiam vestram reconciliare faceretis, et multis aliis obprobriis et contumeliis eos affecistis. Quia igitur hec, si vera sunt, gravi debent ultione puniri, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus et mandando

[1] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, 26; copia BIBLIOT. COM. F. ms n. 49, ed MITTARELLI, col. 600; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 5.

precipimus quatenus ecclesie faventine sicut spirituali matri vestre et eisdem canonicis debitam obedientiam et reverentiam humiliter exhibeatis et de illatis iniuriis eis taliter satisfaciatis quod nulla indignatio in mentibus eorum debeat exinde remanere; et si absque assensu faventine ecclesie oratorium illud incepistis, nihil inibi de cetero, sine licentia eiusdem ecclesie, oratorii nomine construatis, nec divina officia in loco eodem celebrare presumatis. Quod si secus agere presumpseritis et eisdem canonicis condigne non satisfeceritis, sententiam, quam ipsi in vos propter hoc rationabiliter tulerint, nos authore Domino ratam habebimus et faciemus inviolabiliter observari. Datum Anagnie II non. Iunii [1].

VII.

1175 aprile (fine)

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Societas Lonbardie et Marchie et Romanie et Verone et Venecie optat habere pacem et concordiam et gratiam domini Frederici imperatoris hoc modo, videlicet ut dominus imperator habeat pacem et concordiam cum sacrosancta Romana Ecclesia, omnium fidelium matre, et eiusdem Ecclesie suo Pontifice domino Alexandro. Et nos civitates, scilicet Cremona, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Feraria, Brixia, Mantua, Verona, Vicencia, Padua, Tarvisium, Venecia, Bononia, Ravenna, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Terdona, Alexandria, Vercelle, Novaria, Opiço marchio Malaspina, comes de Bertenore, Rufinus de Tritino et omnes castellani et persone, que sunt in unitate Ecclesie Dei et nostra, volumus facere domino imperatori Frederico, accepta ab eo pace et recuperata eius gratia, omnia que antecessores nostri a tempore mortis posterioris Henrici imperatoris antecessoribus suis sine violentia vel metu fecerunt. Si de hoc orta fuerit questio, quid predicte civitates, marchio et comes et singule persone omnes huius societatis vel loca vel antecessores nostri eius antecessoribus a predicto tempore fecerint sine violentia vel metu, hoc declararetur sub iuramento per consules illius civitatis cum qua questionem habuerit; si cum marchione vel comite vel alia persona eiusdem societatis nominata vel non nominata vel loco contentionem habuerit, hoc declararetur per consules illius civitatis de cuius comitatu vel episcopatu fuerit. Et sint de cetero anbe partes super his contente. Et totum hoc, quod prefate civitates et loca et marchio et comes et cetere persone modo tenent, ut a suprascripto tempore tenuerunt, libere et quiete teneant. Et nominatim consulatum more solito habeant, sub quo homines cuiusque civitatis vel comitatus ad iusticiam faciendam se distringant. Et fodrum et coltam prestent et omnia alia more civitatum faciant. Et restituat ipse dominus imperator omnes possessiones et omnia iura civitatibus et locis, archiepiscopis, episcopis et abbatibus et ceteris clericis nostre partis et marchioni et comiti et Rufino et omnibus aliis personis societatis que habuerunt, cassatis omnibus privilegiis et datis et cartis et investituris in aliquam civitatem vel locum seu personam de his collatis. Et hec ab ipso domino imperatore perpetuo serventur, et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartulis, que aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum seu aliquis locus cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas ulla vel locus sive persona conventionem vel datum seu cartulam sponte servare voluerit.

Item dominus imperator remittat et remittere faciat omnes offensas, omnia maleficia, que aliqua predictarum civitatum vel aliquis locus vel marchio sive comes aut aliquis clericus vel laicus quocumque tempore, quacumque occasione ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit. Et liceat predictis civitatibus et locis et personis municiones civitatum et castrorum et eadem castra habere et tenere et meliora facere et nova edificare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et locorum inter se factis, et Alexandria in suo statu, restitutis possessionibus Oberto de Fodro et suis convicinis omnibus, perpetuo permanente. Denique civitates petunt insuper omnibus in perpetuum observandis, [quod] dominus imperator cum omnibus qui [in] exercitu suo sunt, eisdem civitatibus et locis et personis universis societatis, tam clericis quam laicis, plenissimam securitatem faciat. Et ut liceat civitatibus, domini imperatoris permissu, et aliis omnibus societatis, eandem societatem firmam tenere et iuramenta quecumque voluerint inter se facere et renovare et senper in unitate Ecclesie permanere, ut si quando imperator vel eius successor aut alius contra hanc concordiam venire tentaverit, possint Ecclesiam manutenere et se vicissim adiuvare et defendere. Item volumus ut sententie usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a predictis personis vel rectoribus late nec appellatione suspense, vel si super causam appellationis late fuerint, firme permaneant, et ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat. Captivi quoque hinc inde absolvantur et reddantur. Hec sunt ea que intelligimus dominum imperatorem habere debere et antecessores suos habuisse, scilicet fodrum regale et consuetum, et

[1] Archiv. Cap. Faenza, orig. e copia (*Mon. Veter.*, II, lxx); ed. Savioli, *Ann. Bol.*, II, ii, p. 37; cf. Tonduzzi, p. 210; Mittarelli, col. 446; Kehr, *Italia Pontif.*, V, p. 151, n. 6.

consuetam paratam, cum vadit Romam gratia accipiende corone. Et debet habere quietum et consuetum transitum et sufficiens mercatum. Et transeat pacifice, ita ut in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciat. Et fidelitatem a vassallis recipiat omni offensione remissa, a civibus quoque secundum mores cuiusque civitatis fidelitatem suscipiat, omni offensione remissa. Vassalli etiam expeditionem ei faciant secundum quod soliti sunt et est antiqua consuetudo, cum pergit Romam causa accipiende corone. Regalia vero que per eum vel antecessores eius tam a clericis quam laicis fuerunt detenta, vel per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat, nec de cetero inpediat. Consuetudines etiam et conmoditates, quas civitates et omnes de societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis canbiatorum et negociatorum, macellis, domibus quas habent ediffìcatas in viis publicis vel supra vel iuxta vias publicas, et eternas consuetudines antiquas, eisdem civitatibus et omnibus de societate quiete habere et tenere permittat. Si autem de supradictis aliqua contentio inter imperatorem et civitates vel loca sive personas societatis orta fuerit, per consules civitatis, cum qua contentionem habuerit, vel loca seu personas sui comitatus, secundum mores et consuetudines civitatis et loci decidatur, iureiurando prestito ab ipsis consulibus quod mores et consuetudines tam imperatori quam civitati vel loco seu persone servabunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Archiepiscopus Coloniensis et Gualfredus de Ploçasca et Ranerius de Sancto Naçario ex parte imperatoris Frederici, et ex parte societatis Albertus de Ganbara Brixiensis et Gerardus Pistus Mediolanensis iuraverunt ad sancta Dei evangelia, quod secundum brevia imperatoris et societatis firmando, addendo, abstrahendo secundum quod melius eis visum fuerit, bona fide et sine fraude ad honorem Dei concordabunt se, per quod melius pax fieri possit et teneri inter ipsum et Lonbardos et Marchianos atque Veneciam et illos de Romagnola qui sunt de societate, dehinc usque ad medium madium vel ad alium terminum consensu utriusque partis datum. Illud idem iurare debet unus de Verona [1].

VIII.

1177 prima del 21 luglio

I. Fridericus imperator Alexandrum Pontificem in catholicum et universalem Pontificem recipiet ac debitam reverentiam adhibebit, perinde ac catholici ipsius antecessores catholicis antecessoribus prestiterunt, eademque successoribus eius catholice ineuntibus exhibebit.

II. Reddet veram pacem Alexandro et omnibus successoribus eius universe Romane Ecclesie.

III. Quecumque possidet aut tenet, sive prefecturam sive rem aliam quam Romana Ecclesia habuit, et ipse vel per se vel per alios abstulit, bona fide restituet, salvo omni iure Romane Ecclesie, quasque possessiones restituet ad eas etiam retinendas auxilio erit.

IV. Imperator et Pontifex ad honorem et iura Imperii et Ecclesie conservanda se invicem adiuvabunt. Pontifex ut benignus pater devotum et charissimum filium et Imperatorem christianissimum; Imperator ut devotus filius et christianissimus Imperator dilectum reverendum Patrem et B. Petri vicarium.

V. Que a tempore schismatis vel occasione ipsius sine ordine iudiciario ecclesiasticis ab Imperatore vel suis erepta sunt, eis restituentur.

VI. Beatrix imperatrix recipiet Alexandrum Pontificem in catholicum et universalem Pontificem; Henricus rex filius eorum recipiet eum, atque ei et catholicis successoribus eius debitam reverentiam adhibebit et sacramento eodem se obstringet quo se Imperator obstrinxit.

VII. Federicus Imperator et Henricus rex filius eius pacem veram reddent Gulielmo regi Sicilie ad annos quindecim sicut per sequestres pacis est constitutum.

VIII. Imperatori Constantinopolitano et adiutoribus Ecclesie Romane pacem reddent nec mali quidquam referent per se vel per suos pro opera Ecclesie Romane impensa.

IX. De controversiis que ante tempus Hadriani Pontificis inter Ecclesiam et Imperatorem vertebantur, sequestres ex parte Pontificis et Imperatoris constituent quibus mandabitur ut eas pro arbitrio transigant; quod si illi non consenserint, iudicio stabitur Pontificis vel Imperatoris vel eorum quos ipsi delegaverint.

X. Christiano Cancellario Maguntinus archiepiscopatus, Philippo Coloniensis concedetur et plenissimo iure firmabitur.

XI. Primus archiepiscopatus qui in Teutonico regno vacaverit Conrado auctoritate Pontificis et auxilio Imperatoris deferetur, qui idoneus videatur.

XII. Ei qui se Calistum appellat, abbatia tribuetur; illi qui dicuntur eius cardinales loca repetent que primum habuerunt, nisi ea sponte et in iudicio dimiserant, et in ordinibus que ante schisma habuerant relinquentur.

XIII. Gero dictus Halberstatensis deponetur, et Ulricus restituetur.

XIV. Alienationes a Gerone facte et beneficia data,

---

[1] ARCHIV. COM. MODENA, *Reg. dei Privilegi*, ff. 19*v*; ed. MURATORI, *Antiq. M. Aevi*, IV, diss. XLVIII, col. 277; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 52; MANARESI, *Atti Com. Milano*, p. 134.

similiter et ab omnibus intrusis, auctoritate Pontificis et Imperatoris delebuntur et suis ecclesiis restituentur.

XV. De electione Brandeburgensis episcopi, qui in Bremensem archiepiscopatum electus fuerat, cognoscetur, et si rite factum fuerit, ad eam ecclesiam traducetur, et quecumque ab Aldeuino, qui nunc preest Bremensi ecclesie, alienata sunt, prout rite factum visum fuerit, eidem ecclesie restituentur.

XVI. Que Salisburgensi ecclesie tempore schismatis adempta sunt, ei plene reddentur.

XVII. Omnes clerici ex Italia, aut aliis regionibus que sunt extra Teutonicum regnum, dispositioni Alexandri Pontificis et successorum eius relinquentur; si vero Imperator rogaverit pro ordinibus aliquorum, usque ad decem vel duodecim exaudietur.

XVIII. Garsidonius Mantuanus episcopatui quondam suo restituetur, ita ut ille qui nunc est episcopus Mantuanus ad episcopatum Tridentinum traducatur, nisi forte inter Pontificem et Imperatorem convenerit ut alius ei episcopatus indulgeatur.

XIX. Archiepiscopus de Savo in archipresbiteratum quondam suum et alia beneficia, que ante schisma habuit, restituetur.

XX. Omnes ordinati à quondam catholicis in Teutonico regno restituentur in ordinibus suis ita perceptis.

XXI. De Argentinensi et Basiliensi episcopis, qui fuerunt ordinati a Vidone Cremensi in eodem regno, predicti sequestres rem committent decem vel octo hominibus quos ipsi elegerint, qui iureiurando affirmabunt se illud consilium Pontifici et Imperatori daturos quod se iuste dare posse, sine anime sue atque ipsorum detrimento, statuerint; et Pontifex atque Imperator eorum consilium obtemperabunt.

XXII. Pontifex et omnes cardinales recipient Beatricem uxorem Friderici Imperatoris in catholicam et romanam imperatricem eamque aut Alexander Pontifex aut Legatus eius coronabit; et Henricum filium eorum in catholicum et romanum regem.

XXIII. Pontifex et cardinales pacem reddent Friderico imperatori et Beatrici imperatrici et Henrico regi filio eorum et omnibus adiutoribus eius; Pontifex et cardinales promittent se observaturos hánc pacem in verbo veritatis, et privilegium condent subscriptione omnium cardinalium, et cardinales scriptum predicte confirmationis condent sigillis suis appositis.

XXIV. Pontifex subito advocato Concilio, prout subito advocari poterit, cum cardinalibus et episcopis et aliis religiosis hominibus qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes qui hanc pacem violare voluerint, deinde in Concilio generali.

XXV. Plerique nobilium Romanorum et capitaneorum Campanie hanc pacem firmabunt.

XXVI. Imperator pacem cum Ecclesia et pacem cum rege Sicilie ad quindecim annos, et inducias cum Lombardis a proximis kal. Augusti usque ad sex annos firmabit iureiurando suo principumque suorum, mandabitque Lombardis, qui in parte sua sunt, prout in tabulis induciarum communibus est descriptum, eas inducias confirmare; si quis vero ex parte Imperatoris has inducias iurare noluerit, Imperator precipiet omnibus qui in parte sua sunt, pro officio fidelitatis et gratie sue, ut nullum prestent auxilium, et volentibus offendere ne impedimento sint; si quis offenderit, culpa vacuus sit; nec mandatum hoc revocabit Imperator donec inducie stabunt.

XXVII. Henricus rex filius eius pacem cum Ecclesia et cum rege Sicilie ad xv annos, et inducias cum Lombardis ad sexennium scripto confirmabit, ac sui principumque suorum subscriptione.

XXVIII. Si vero, quod absit, Pontifex premoriatur, Fridericus imperator et Henricus rex filius eius hanc formam pacis et compositionis firmiter observabunt successoribus eius et universis cardinalibus et toti Romane Ecclesie et regi Sicilie ac Lombardis qui secum sentiunt. Et si, quod absit, Imperator premoriatur, Pontifex et cardinales et Ecclesia Romana predictam pacem firmiter observabant successori eius et Beatrici uxori et Henrico filio eius et omnibus ex Teutonico regno et ceteris adiutoribus eorum; et successores Pontificis similiter observabunt[1].

IX.

1177 prima del 21 luglio

(*De quadam treuga facta inter imperatorem et filium eius Henricum ex una parte et omnes Lonbardos ex altera*).

Inter dominum imperatorem et partem suam, Cremonam, Papiam, Ianuam, Terdonam, Asti, Albam, Aquis, Taurinum, Yporeiam, Vintimiliam, Savonam, Albingam, Casale sancti Evasii, Montem-Velii, Ymolam, Faventiam, Ravennam, Forum-Livii, Forum-Pompilii, Cesenam, Ariminum, Castrocarium, marchionem Montis-ferrati et filios suos cum omni terra quam tenent, comites de Blanderato cum omni terra sua quam tenent, marchiones de Vasto cum omni terra sua quam tenent, marchiones de Busco cum omni terra sua quam tenent, Comites de Lomello [cum] omni terra sua quam tenent, et cetera loca nominata et innominata, et ce-

[1] Ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 71; dal DU MONT, *Corps diplom. du droit des Gens*, I, I, p 96.

teras personas nominatas et innominatas que sunt in parte imperatoris, et societatem Lonbardorum, scilicet Venetiam, Tarvisium, Paduam, Vincentiam, Veronam, Brixiam, Ferrariam, Mantuam, Bergamum, Laudam, Mediolanum, Cumas, Novariam, Vercellas, Alexandriam, Cassinum et Belmontem, Placentiam, Bobium, Opizonem Malaspinam, Parmam, Regium, Mutinam, Boniam, homines de sancto Cassiano et Dociam, et cetera loca et personas episcoporum, clericorum et laicorum Lombardie, Marchie, Romagnole, que sunt in societate Lombardie cum omnibus que habent et tenent, treuga constituta est ab istis kalendis augusti usque ad VI annos, que sic firmabitur.

Dominus imperator faciet iurari in anima sua et filius suus Henricus rex similiter et principes Alamannie iurabunt qui presentes sunt, et Guarscendonius et marchio Montis-ferrati et filii sui et marchiones de Wasto et de Busco, comites de Blandrato et de Lomello et consules Cremone et Papienses, et credentie ipsorum et unus in publica contione in animabus populi ex mandato ipsius populi: idem fiet in aliis civitatibus que sunt ex parte domini imperatoris; quod scilicet bona fide, sine fraude et malo ingenio predictam treugam observabunt predictis civitatibus et locis et personis nominatis et non nominatis predicte societatis, ita quod usque ad VI annos non offendent eos per se vel per alios in personis vel rebus quas habent vel tenent. Continebitur etiam in iuramento, quod homines societatis et res eorum securi sint in terra imperatoris, sicut tempore pacis; et e converso Cremonensibus quoque et Papiensibus et aliis civitatibus, locis et personis de parte imperatoris eadem fiet et observabitur securitas a societate Lombardie. Securi autem tempore pacis sic intelligimus, ut bona fide abstineant imperator et sui ab iniuriis personarum societatis et a dampno rerum. Similiter societas abstineat ab iniuriis personarum et damno rerum partis domini imperatoris. Similiter consules civitatum societatis et credentie earum et L homines civitatis in qua non erunt credentie, et potestates civitatum in quibus non erunt consules, et unus similiter in anima populi cuiusque civitatis, et Opizo Malaspina et filius eius iurabunt se observaturos predictam treuguam domino imperatori et civitatibus et locis et personis que sunt ex parte imperatoris. Ad observationem autem treugue de singulis civitatibus utriusque partis et de terra marchionis Montis-ferrati duo eligentur, qui iureiurando firmabunt quod bona fide dabunt operam ad observandam treugam; et si qua civitas, locus vel persona infregerit, quod bona fide dabunt operam efficacem ad emendandum infra XL dies, nisi prorogaretur de consensu partium. Iuramento autem consulum, credentiarum populi et potestatum et L bonorum hominum qui iurabunt, marchionum et comitum continebitur quod bona fide et efficaciter iuvabunt ad hec ellectos ut treugua emendetur infra prestitutum tempus. Si contigerit quod aliqua predictarum civitatum vel locorum vel personarum, que sunt ex parte societatis, offenderit aliquam civitatem, locum vel personam que sunt ex parte imperatoris, et non fuerit emendatum per treuguanos, qui ad hoc electi sunt, imperator vel alii, qui sunt ex parte sua, non propterea frangant treuguam, sed civitates societatis et alii de societate ponant eam sub banno iuxta arbitrium treuguanorum. Si vero civitas, locus vel persona ex parte imperatoris fregerit treuguam adversus civitatem vel locum vel personas societatis, non ob hoc treugua frangatur, sed similiter emendabitur. Si vero aliqua civitas, locus vel persona offenderit aliam civitatem, locum vel personam eiusdem civitatis, imperator vel sui non se intromittent. Idem servetur in parte imperatoris. Imperator vero usque ad VI annos predictos non conpellet aliquem clericum vel laicum predicte societatis iurare sibi fidelitatem, nec sententiam dabit nec faciet dari in aliquem predicte societatis pro fidelitate et servitio sibi non exhibito vel investitura sibi non petita infra predictum tempus treugue. Preterea nullum locum vel personam predicte societatis trahet ad iudicium tempore treugue pro preteritis negotiis[1].

X.

1177 agosto 1

(*De sacramento prestito super animam imperatoris Federici pro conservanda treuga cum Lombardis facta*).

Anno a nativitate Domini millesimo C.LXXVII, imperante imperatore Frederico, anno imperii eius XXIII, indictione X, die lune, qui fuit primus augusti, in palatio Gradensis patriarche, in presentia cardinalium, videlicet domini Willielmi episcopi de Porto [domini Ubaldi] episcopi Hostiensis, domini Iacynthi, domini Petri de Bona, Iohannis de Neapoli, Arditionis de Pladana, domini Conradi, domini Manfredi de Lavagna et aliorum cardinalium multorum, domini Rainaldi archiepiscopi de Salerno, et comitis Rogerii de Apulia, et domini Udelrici patriarche de Aquilea, domini patriarche de Grathe, episcopi Padue, Iohannis

[1] ARCH. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 33; *Reg. Nov.* I, f. 4; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 13; ed. MITTARELLI, col. 603; MURATORI, *Antiq. M. Aevi*, IV, diss. XLVIII, col. 284; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 77; PERTZ, *Mon. Germ. Hist. Leg.*, II, p. 155; MANARESI, *Atti Com. Milano*, p. 152.

episcopi Mantue, episcopi Brixiensis, episcopi Papie, domini Albericonis episcopi de Regio, domini Bonifacii episcopi de Novaria, domini Wale episcopi de Aqui, episcopi de Taurino, electi de Aste, episcopi de [Rimino], episcopi Placentie, Oderici episcopi de Tarvisio, episcopi de Ceneda, domini Salomonis episcopi de Tridento, Grunde de Verona, et Henrici de Aicarda, et aliorum multorum, coram domino Alexandro sancte Romane Ecclesie summo pontifice. Comes Henricus Dedens, presente domino Frederico Romanorum imperatore et eius verbo, iuravit in animam imperatoris quod dominus ipse imperator observabit treuguam Lombardis cunctis et omnibus personis de societate Lombardie, Marchie et Romagnole, secundum quod ordinatum et dispositum est a mediatoribus utriusque partis, et secundum quod continetur in scripto, quod aput cardinales (est) et apud Lombardos in concordia; tenor cuius scripti superius legitur; et quod bona fide darent operam, ut ita, secundum quod in eo scripto continetur, treuga attendatur; et quod facerent principes Alamannie, qui cum eo sunt, iurare illam treuguam, prout statutum est, tenere, et filium suum Henricum regem et homines civitatum Lombardie et alios, qui sunt in eius parte de partibus Lombardie, faciet iurare ipsam treugam firmam, prout in eo scripto treugue continetur, tenere; et quod bona fide dabunt operam ut teneantur infra hos XL dies, nisi concordia rectorum Lombardie remanserit, parabola videlicet communiter data. Preterea dominus Wicomannus Madeburgensis archiepiscopus, dominus Philippus archiepiscopus Coloniensis, Christianus Maguntinus archiepiscopus, Arnoldus Treverensis archiepiscopus, Conradus electus Wormatie, Gottifredus imperialis aule cancellarius iurarunt, unusquisque pro se, bona fide optinere treuguam omnibus de societate Lombardie, Marchie et Romagnole, prout per mediatores utriusque partis ordinatum est et in scripto, quod aput Lombardos est et apud cardinales continetur; tenor cuius scripti superius legitur; et ita per bonam fidem servare, et quod bona fide darent operam ut servaretur.

Factum in Venetiis, suprascripto loco. Ego Fatolinus notarius domini Welfonis ducis, et ab imperatore Frederico confirmatus postea, rogatus predictis omnibus interfui et scripsi [1].

XI.

1177 ottobre 22

(*De Federico imperatore qui promisit Lombardis et omnibus de ipsorum parte se non iudicaturum eos, nec feudum accepturum eisdem, propter fidelitatem et servitium non prestitum et investituram non petitam*).

In nomine Domini. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo LXXVII, die veneris, qui est XI kalendas novembris, indictione X.

In presentia domni Magistri de Palatio Dei gratia sancte Brixiensis ecclesie canonici, et Guilielmi Oriani iudicis eiusdem civitatis, et Oprandi de sancto Alexandro Pergami, et Guilielmi Burri eiusdem civitatis, et Ariprandi iudicis Mediolani consulum, et Guilielmi Grassi eiusdem civitatis et Iannoni Bucce-matte consulis Placentie, Bogorii et Sacci et Ribaldi de Gezo consulum Alexandrie et Uberti de Fodro eiusdem civitatis.

Domnus Albertus de Summa, Dei gratia sancte Romane Ecclesie subdiaconus et apostolice sedis legatus, sicut in litteris eiusdem apostolici Alexandri a me visis, datis Venecie in Rivoalto VI idus octubris, continebatur, dedit in manibus Aposatti advocati Brixie et Alberti de Carate de Mediolano et Guiscardi Mugani Placentie et Ruffini de Fodro Alexandrie rectorum suarum civitatum et totius societatis Lombardie, ad suam partem et ad partem omnium ecclesiarum et civitatum et omnium hominum et locorum predicte societatis, litteras sigillatas sigillo domini Frederici imperatoris, quarum tenor talis est.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, pro interventu venerabilis patris nostri domini Alexandri pape et fratrum suorum cardinalium, promittimus tam Lonbardie quam Marchianis et illis de Romania et reliquis de societate ipsorum vasallis nostris, et hiis qui debent esse vasalli nostri, quod pro fidelitate nobis non prestita vel servitio non exhibito aut de investitura non petita, quandiu treuge duraverint, nullum de societate ipsorum post treuguam iudicabimus nec iudicari faciemus, nec propter hoc cuilibet de societate feudum auferemus. Hoc actum [est] in civitate Parme, in canonica sancte Marie, unde complures cartas fieri uno tenore iussit.

Ego Albertus de Summa sancte Romane Ecclesie subdiaconus et domini pape Alexandri nuntius harum litterarum autenticum sigillatum sigillo domini imperatoris a domino papa accepi et eius mandato rectoribus supradictis tradidi et scripsi.

Ego Oprandus de sancto Alexandro causidicus

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, f. 38; *Reg. Nov.*, f. 4 *v*; ed. MURATORI, *Antiq. M. Aevi*, IV, diss. XLVIII, col. 285; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 76; MITTARELLI, col. 604; copia, BIBL. COM. F. ms. n. 49, p. 18; MANARESI, *op. cit.*, p. 153.

autenticum harum sigillo domini Frederici imperatoris sigillatum vidi et legi, nullo addito vel diminuto, et sicut in eo conticebatur, ita et in isto et subscripsi.

Ego Manfredus qui vocor Benbonus, iudex idem sacri Palatii, exemplar huius autentici et tenorem vidi et legi, et sicut in eo continebatur sic in isto legitur, preter litteras plus minusve scripsi et subscripsi, et rogatu suprascripti domni Alberti et suprascriptorum rectorum hanc cartam scripsi [1].

XII.

1178 marzo 7

In nomine Domini. Nos Bononienses promittimus et iuramus personas hominum Faventinorum et sancti Cassiani et Castri Ymole eorumque bona bona fide sine fraude salvare et defendere in tota nostra fortia; et, si eis impedimentum apparuerit, in tota nostra fortia idem pro eis faciemus quod et pro Bononiensibus. Et hostes faciemus Faventinis per duas vices in anno, semel cum toto Communi ad nostrum proficuum vel dampnum vel expendium usque Aquaviulam, et per VIII dies stabimus; alia vero vice cum militibus et sagittariis usque ad predictam Aquaviulam; et cum erimus coadunati cum Faventinis, per octo dies stabimus in eorum servitio ad eorum stipendium et nostrum lucrum et dampnum. Hec autem omnia facere debemus X milibus super stratam et X sub[tus] strata. De negotio vero Imole ita iuramus et promittimus bona fide, sine fraude et omni dolo, vivam guerram cum Faventinis et sine eis Imole facere, octo diebus postquam invitati fuerimus a Faventinis pro Communi. Et si invitati fuerimus a Faventinis pro Communi stare in obsidione supra civitatem Immolam, post octo dies quam requisiti fuerimus, ad obsidendum veniemus, et stabimus nec recedemus nisi communi consensu consulum vel rectorum et consilii nostre civitatis et Faventie. Quod si aliquando Imolenses communiter fecerint guerram Castro Immole et sancti Cassiani, nos faciemus guerram Imolensibus, nisi satisfecerint Imolenses arbitrio consulum vel rectorum et consilii nostre civitatis et Faventie; et cum Immolensibus et eorum adiutoribus nec finem, nec treuguam, nec certam menam, nec recredutam guerram faciemus sine Communi Faventie. Hec autem observabimus cum commodo et incommodo nostro, excepto quod si faventinus fuerit captus in nostro servitio, eum cambi[a]bimus simili et equali cambio. Immolam quoque et personas Imolensium et lucra inde provenientia communiter cum Faventinis tenebimus et dividemus. Castrum vero sancti Cassiani communiter cum Faventinis reficiemus, cum visum fuerit oportunum et congruum rectoribus et consilio utriusque civitatis, bona fide et sine omni dolo et fraude; ipsumque refectum, et Castrum Immole cum eius suburbiis, communiter cum eisdem Faventinis tenebimus. Comitatum autem Imole cum Faventinis ita tenebimus, sicut habebamus et tenebamus octo diebus antequam imperator Fredericus primo ingrederetur Italiam. Preterea bona ecclesie sancti Cassiani bona fide salvabimus; quod si homines predicte ecclesie nos offenderint et nobis non emendaverint, ad voluntatem Faventinorum et nostram emendare debent. Et si aliqua discordia apparuerit inter homines sancti Cassiani et Imole et Castri Immole, voluntate duorum hominum Faventie et duorum hominum Bononie concordetur. Hec omnia in perpetuum observabimus, et in omni capite X annorum in contione renovabimus. Ad hec novam amicitiam non faciemus contra Faventinos a civitate Bononie usque ad Ariminum. Et hec omnia observabimus per bonam fidem et sine fraude.

Actum in civitate Bononie anno Domini millesimo centesimo LXXVIII, nonis martii, indictione XI, in presentia Aurei consulis Faventie, Farulfi Gerardini et Petri de Merlo et Benencasa faventini notarii.

Ego Lambertus Communis Bononie notarius sicut vidi scriptum per manum Benencase faventini notarii ita exemplavi et scripsi [2].

XIII.

1178 marzo 8

In nomine Domini. Nos Faventini promittimus et iuramus personas hominum Bononiensium et sancti Cassiani et Castri Immole eorumque bona bona fide sine fraude salvare et defendere in tota nostra fortia. Et si eis impedimentum apparuerit, in tota nostra fortia idem pro eis faciemus quod et pro Faventinis. Et hostes faciemus per duas vices in anno, semel cum toto Communi ad nostrum proficuum vel dampnum vel expendium usque ad Panarium pro Bononiensibus, et per octo dies stabimus; alia vero vice cum militibus

[1] ARCH. STATO BOL., *Reg. Nov.*, f. 5, copia BIBL. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 21; ed. MURATORI, *Ant. M. Aevi*, IV, dissert. XLVIII, col. 287; MITTARELLI, col. 605; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 86.

[2] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 40 *v*; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 37; ed MITTARELLI, col. 606; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 88.

et sagittariis usque ad Mutinam; et cum erimus coadunati cum Bononiensibus, per octo dies stabimus in eorum servitio ad eorum stipendium et nostrum lucrum et dampnum. Hec autem omnia facere debemus decem milibus super stratam et decem sub[tus] strata. De negotio vero Immole ita promittimus et iuramus bona fide, sine fraude et omni dolo, vivam guerram cum Bononiensibus et sine eis Immole facere ab octo diebus postquam invitati fuerimus a Bononiensibus pro Communi. Et si invitati fuerimus a Bononiensibus pro Communi stare in obsidionem supra civitatem Immole, post octo dies quam requisiti fuerimus, ad obsidendum veniemus et stabimus, nec recedemus nisi communi consensu consulum vel rectorum et consilii nostre civitatis et Bononie. Quod si aliquando Immolenses communiter fecerint guerram Castro Immole et sancti Cassiani, nos faciemus guerram Imolensibus, nisi satisfecerint Immolenses arbitrio consulum vel rectorum et consilii nostre civitatis et Bononie. Et cum Immolensibus et eorum adiutoribus nec finem, nec treuguam, nec certam menam, nec recredutam guerram faciemus sine Communi Bononie. Hec autem observabimus cum commodo et incommodo nostro, excepto quod si bononiensis fuerit captus in nostro servitio, eum cambi[a]bimus simili et equali cambio. Immolam quoque et personas Immolensium et lucra inde provenientia communiter cum Bononiensibus tenebimus et dividemus. Castrum vero sancti Cassiani communiter cum Bononiensibus reficiemus, cum visum fuerit oportunum et congruum rectoribus et consilio utriusque civitatis, bona fide et sine omni dolo et fraude; ipsumque refectum, et Castrum Immole cum eius suburbiis, communiter cum Bononiensibus tenebimus. Comitatum vero Imole cum Bononiensibus ita tenebimus, sicut habebamus et tenebamus octo diebus antequam imperator Fredericus primo ingrederetur Italiam. Preterea bona ecclesie sancti Cassiani bona fide salvabimus. Quod si homines predicte ecclesie nos offenderint et nobis non emandaverint, ad voluntatem Bononiensium et nostram emendare debent. Et si aliqua discordia apparuerit inter homines sancti Cassiani et Imole et Castri Immole, voluntate duorum hominum Bononie et duorum hominum Faventie concordetur. Hec autem omnia in perpetuum observabimus, et in omni capite X annorum in contione renovabimus. Ad hec novam amicitiam non faciemus contra Bononienses a civitate Faventie usque ad Parmam. Et hec omnia observabimus per bonam fidem et sine fraude.

Actum in civitate Faventie anno Domini millesimo centesimo septuagesimo octavo, octavo idus martii, indictione XI, in presentia Petri Garisendi, Guinizelli, Iohannis de Linariis Bononie civibus (*sic*).

Ego Lambertus Communis Bononie notarius interfui, et ut supra legitur sicut vidi et audivi ita scripsi et subscripsi [1].

XIV.

1181 maggio 3

In nomine Domini. Ego comes Malvicinus iuro bona fide sine omni fraude omni tempore in perpetuum salvare et defendere personas Bononiensium et Faventinorum et eorum res in tota mea fortia et alibi ubicumque potero contra omnem hominem, et homines Bononie et Faventie cum expedierit recipiam et recipi faciam in meis castellis et locis, dando eis reductum et fortiam in toto meo districtu. Et iuro facere vivam guerram Imolensibus et eorum adiutoribus in personis et rebus, et faciam fieri a meis hominibus et castellis vel aliis locis cum Bononiensibus et Faventinis et sine eis; et nominatim ab hominibus de Bagnacaballo et Castri Imole et Tausignani et Mazancolli et Saxi et Serre et aliorum locorum, et faciam eos iurare guerram Imolensibus, nec ullum mercatum vel adiutorium eis dare quousque guerra duraverit. Si tamen aliqui de meis hominibus pro me non fecerint ad voluntatem consulum Bononie et Faventie omnium vel maioris partis, inde stabo; nec finem, nec treuguam, nec certam menam, nec recredutam guerram cum Imolensibus aut eorum adiutoribus faciam, nec meos homines facere permittam sine licentia consulum Bononie et Faventie. Hec autem ita servabo donec guerra duraverit inter Bononienses et Faventinos cum Ymolensibus; si vero ad pacem redierint et aliquando postea guerra reinceperit, omnia supradicta similiter observabo.

Supradictum sacramentum, ut supra legitur, ad sancta Dei euvangelia iuravit comes Malvicinus in plena contione Bononiensium in curia sancti Ambrosii. Idem iuramentum iuraverunt ibidem milites eius Matheus Bertranni, Ugo de Pidiano, Baiottus, Guido de Bertolotto, Sulimanus, Arardus, Iordaninus, Soldanellus, Gerardinus de Cothognola, Rainerius Ubaldini, Marchesius Ugonis de Pidiano, Ionathellus, Oddo Bertranni, Rambaldellus Petrone. Factum est anno Domini millesimo centesimo LXXXI, quinto nonas maii, indictione XIIII.

Ego Lambertus Communis Bononie notarius interfui, et ut supra legitur sicut vidi et audivi ita omnia scripsi.

---

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 41; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 29; ed. MITTARELLI (in parte) col. 602; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 90.

Bononienses vero per Pisanellum portonarium nuntiumque Communis Bononie in contione in curia sancti Ambrosii iuraverunt, data parabola a consulibus et a populo, salvare et defendere comitem Malvicinum et eius homines eorumque bona in tota virtute Bononiensium: et si occasione guerre, quam comes fecerit Imolensibus, ipsi guerram ei fecerint vel suis hominibus, bona fide eos adiuvabunt defendere ab Imolensibus et eorum adiutoribus; et si Bononienses ad pacem redierint cum Imolensibus, tenutas, quas comes habuit a tempore mortis patris in Imola vel circa Imolam, sibi reddi facient. Que omnia Bononienses bona fide servare iuraverunt.

Actum anno Domini millesimo centesimo LXXXI, quinto nonas maii, indictione XIIII.

Ego Lambertus Communis Bononie notarius interfui, et sicut vidi et audivi ita ut superius legitur scripsi.

Supradictum vero iuramentum quod fecit comes Malvicinus et eius milites, et iuramentum quod fecit populus bononiensis, fuerunt sub consulibus Bononie, scilicet Bernardo de Vetharana, Rolandino Petri de Henrico et Bonacosa; quod factum est antequam predicta iuramenta fierent ab hominibus Duzie, Castri Ymole, Tausignani et Albori, que facta fuerunt sub eisdem consulibus me presente Lamberto notario MCLXXXI, indictione XIIII[1].

XV.

1181 maggio 3

Nos homines Castri Imole iuramus bona fide sine omni fraude omni tempore in perpetuum salvare et defendere homines Bononie et Faventie et eorum res in tota nostra fortia et alibi ubicumque poterimus contra omnem hominem; et homines Bononie et Faventie recipiemus in nostra terra cum expedierit, dando eis securitatem et reductum et fortiam in toto nostro districtu in personis et rebus eorum; et iuramus quod vivam guerram faciemus Imolensibus et eorum adiutoribus in personis et rebus eorum cum Bononiensibus et Faventinis et sine eis. Et nullum mercatum, nullum adiutorium eis dare, nullum receptum in nostra terra eis facere, donec guerra duraverit inter Bononienses et Faventinos cum Imolensibus; nec pacem, nec treuguam, nec certam menam, nec recredutam guerram cum Imolensibus vel eorum adiutoribus facere, donec guerra duraverit inter Bononienses et Faventinos cum Imolensibus, sine licentia consulum omnium Bononie et Faventie. Preterea comiti Malvicino et eius hominibus dabimus reductum et forziam et securitatem in nostro districtu quousque guerram fecerint Imolensibus. Hec autem omnia faciemus iurare omnes homines nostre terre a XV annis supra et a LX annis infra, sine fraude. Et iuramus dare obsides consulibus Bononie et Faventie de nobis ad voluntatem eorum de melioribus et ditioribus nostre terre.

Ego Lambertus notarius huic iuramento ab hominibus de Castro Imole prestito interfui, et ut vidi et audivi ita scripsi.

[*Sequuntur nomina hominum Castri Ymole qui secundum hanc formam iuraverunt*][2].

XVI.

1181 luglio 31

(*De promissione Imolensium facta Bononiensibus et Faventinis*).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nos Imolenses promittimus et iuramus bona fide sine fraude salvare Bononienses et Faventinos ubicumque poterimus in personis et eorum rebus; et ecclesiam sancti Cassiani et eius bona, et homines sancti Cassiani et Castri Imole in personis et rebus eorum; et diffinimus et refutamus vobis Bononiensibus et Faventinis episcopatum sancti Cassiani et totum comitatum Imole, exceptis omnibus nostris possessionibus et rebus et hominibus nostris, salvis usibus quos Bononienses et Faventini habuerunt, vel ex conventione habere debent, in hominibus vel rebus nostris ab aliis nostro nomine detentis in episcopatu vel comitatu Imole; et reddimus vobis omnes homines sancti Cassiani, qui Imole habitant in civitate vel suburbiis, et eorum res quas habent vel eis debentur a nobis, excepto malefitio. Et hos et alios omnes homines sancti Cassiani vobis refutamus; et omnes res ecclesie sancti Cassiani, que

---

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 47; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 107.

[2] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 47 *v*; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II p. 109. Uguali giuramenti prestarono gli uomini di Tossignano, Castel dell'Arbore e Dozza; cf. *Reg. Grosso*, I, f. 47 *v*, 48; SAVIOLI, II, II, pp. 110-111.

extant et evidenter apparent, reddere promittimus: et refutamus et restituimus vobis omnes homines de loco Bergolli cum eorum rebus; et reddimus vobis omnes contatinos episcopatus sancti Cassiani et comitatus Imole, quos recepimus in civitate Imole vel suburbiis a XIV annis, retro cum eorum rebus. Et in futurum nullum de episcopatu sancti Cassiani vel de comitatu Imole recipiemus in civitate vel suburbiis, nec cives vel suburbanos eos esse permittemus. Et promittimus et iuramus dare quattuor pallia omni anno in festivitate sancti Petri, duo Bononiensibus et duo Faventinis, et in propatulo deferre cum hastis. Et facere hostes et cavalcatas vobis Bononiensibus et Faventinis et pro vobis, quotiens volueritis, communiter et separatim pro unaquaque civitate; excepto quod non teneamur facere hostes ab hinc usque ad nativitatem Domini proximam; et facere equites pro vobis Bononiensibus et Faventinis, quotiens vos feceritis et nobis preceperitis, communiter aut separatim. Et dare collectam vobis Bononiensibus et Faventinis, quotiens vos in vestris civitatibus feceritis et a nobis exegeritis, communiter aut singillatim pro unaquaque civitate, excepto quod eo anno quo hostes vel equites vobis mandato vestro fecerimus, non teneamur collectam vobis facere. Et dabimus vobis sexcentas libras luc. bonorum. Et fossata locorum, in quibus habitant homines sancti Cassiani et homines de Bergulli, et fossata aliorum suburbiorum novorum, in totum destruemus; et fossata civitatis antique et suburbiorum antiquorum IIII^or pedibus explanabimus, ubi murus non est; ubi vero murus est, de muro IIII^or pedes destruemus, ita quod de fossato non debeat ibi aliquid destrui; et fossata non debeant destrui ubi domus sunt, ita quod domibus noceat et domus ledantur; et octo perticas civitatis antique in totum explanabimus, IIII^or iuxta portam sancti Egidii qua itur Bononiam, duas scilicet perticas ex una parte portarum et duas ex alia; et alias IIII^or perticas iuxta portam de Spivulla qua itur Faventiam, duas scilicet perticas ex una parte portarum et duas ex alia; et que nunc destruemus ex hac conventione, pro destructis perpetuo tenebimus, nisi communi voluntate Bononiensium et Faventinorum consulum omnium vel maioris partis aliquid fecerimus. Et duas portas predictas sancti Egidii mittemus Bononiam, et alias duas portas Spivulle mittemus Faventiam. Et iuramus tenere societatem Lombardie secundum quod in scriptis societatis continetur; et quando alie civitates, loca et persone societatis renovabunt societatem, renovabimus. Et viginti obsides vobis dabimus de Bulgaris, Martignanis et Britiis, Mindulis et aliis bonis hominibus nostre civitatis, quos teneatis donec guerra inter Lombardos cum imperatore duraverit. Et comiti Malvicino restituemus omnes possessiones et tenutas, quas pater eius habuit in civitate Imole vel circa civitatem octo diebus antequam moreretur. Preterea iuramus finem et pacem vobis Bononiensibus et Faventinis vestrisque omnibus adiutoribus de omnibus malefitiis inter nos et vos retro pro ista guerra commissis. Que omnia promittimus et iuramus servare bona fide sine fraude, omni tempore in perpetuum. Et hec omnia faciemus iurare omnes homines civitatis Imole et suburbiorum a XIIII annis supra, usque ad LX annos.

Nos vero Bononienses et Faventini iuramus vobis Imolensibus finem et pacem, et omnibus qui fuerunt ex vestro latere, de omnibus malefitiis retro pro ista guerra inter nos et vos commissis; et propter hoc nullum malum vobis inde faciemus, nec fieri ullo modo vel ingenio permittemus, nec aliquod gravamem, ultra quam in hoc instrumento huius ultime concordie facte inter Bononienses et Faventinos cum Imolensibus continetur, vobis in aliquo ullo tempore faciemus, nec ut aliqui faciant permittemus, nec in possessionibus, nec in personis et in aliis rebus. Et si aliquis vos offenderit in personis vel rebus vestris, bona fide vos inde adiuvabimus nostro posse. Et hec omnia observabimus bona fide in perpetuum.

Actum apud Castrum Imole, propre ripam fluvii, anno Domini millesimo centesimo octuagesimo primo, imperante Frederico Romanorum imperatore semper augusto, temporibus domni Alexandri pape, existentibus consulibus Bononie Bernardo Vetharane et Rolandino Petri de Henrico et Bonacosa Petri de Asinella, et existentibus consulibus Faventie Lamberto, Guidone Ramberti, Notivolvi, Bulgarello, Treugua, Bonzannino, Ducelino, Pepone de Pelegrino; pridie kalendas augusti, indictione XIIII, sub presentia istorum de Bononia Rolandini et Bonacose consulum, et Thome iudicis Communis Bononie, et Alticlini de Tebaldis et Fumi; et de Faventia Notivolvi consulis et Bastiani; et de Imola Gualengi et Alberti de Bulgarello consulum Imole, et Safii et Angeli de Trepaldis et Ungarelli et Bonpiroli et Ugonis Cancellarii et Prudenzuli et Oddonis de Bascolo, et Pizoli notarii imolensis. Qui omnes predicti de Bononia et Faventia iuraverunt secundum formam prefatam sui iuramenti. Et Imolenses iuraverunt secundum formam superius de se relatam, excepto Alberto qui non iuravit ibi, et excepto notario.

Ego Lambertus Communis Bononie notarius his omnibus interfui, et ut supra legitur sicut vidi et audivi ita omnia scripsi, scribere rogatus.

[*Sequuntur nomina Imolensium civium qui iuraverunt*][1].

---

[1] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 49 (e Libr. *Jura confinium Comm. Bon.*, f. 41); copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 45; ed. MITTARELLI, col. 608; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 112; cf. TONDUZZI, p. 216; BORSIERI, pp. 777-779, e nota 71.

XVII.

1186 ottobre 16

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die iovis, sexto decimo mensis octobris, in Ravenna, super solarium Petri Traversarii, ante presentiam serenissimi regis Henrici. Comes Malvicinus et comes Rainerius de Cunio et comes Iulianus de Domnigalia et Wido Albertini de Sancto Cassiano iuraverunt in manibus propriis ad sancta Dei evangelia, presentibus Angelo et Ugone Ubertini tunc consulibus civitatis Ymole, quod ipsi de cetero semper erunt cives de ipsa civitate Ymole, et quod adiuvabunt ipsam civitatem bona fine sine fraude per gueram et per pacem ab omni homine, salva tamen fidelitate domini invictissimi Frederici Romanorum imperatoris et semper augusti, et eius filii serenissimi regis Henrici. Et iuraverunt quod ipsi habitabunt in ipsa civitate per duos menses semper in unoquoque anno, nisi manserit per parabolam illorum consulum vel illius nuncii invicti imperatoris vel regis, qui in ipsa civitate tunc adfuerit etc.

Interfuerunt Henricus episcopus sancti Cassiani, Burcardus potestas Ymolensium, Ydo Terdonis, Albertus de Aldegherio ferrariensis regalis aule iudices, Sighebettus camerarius, Vinciguerra cancellarius, Iohannes Rambertini, Orlandus Rambertini nepos eius, Nordiglus, Gandulfus iudex, Savarixius de Ragone et Ubaldinus Iohannis Arsi et multi alii testes.

Ego Martinus Filippi imperialis aule et papalis notarius interfui et precepto iamdicti domini regis et predictorum comitum et aliorum hoc iuramentum scripsi [1].

XVIII.

1194 dicembre 11

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, regnante Henrico Romanorum imperatore et semper augusto, die undecimo intrante mense decembris, indictione XII. Nos Bononienses promittimus et iuramus personas hominum Faventinorum eorumque bona bona fide sine fraude salvare et defendere in tota nostra fortia, et si eis impedimentum apparuerit in tota nostra fortia, et idem pro eis faciemus quod et pro Bononiensibus; et hostes faciemus Faventinis per duas vices in anno cum a nobis petierint: semel cum toto Communi ad nostrum proficuum vel dampnum vel dispendium usque ad Aqua-viulam, et per octo dies stabimus; alia vero vice cum militibus et sagittariis usque ad predictam Aqua-viulam, et cum erimus coadunati cum Faventinis, per VIII dies stabimus in eorum servitio ad eorum dispendium et nostrum lucrum et dampnum. Hec autem omnia facere teneamur X milibus supra stratam et X subtus stratam. Et si aliquid contrarium vel offensa seu affare apparuerit Faventinis vel Communi Faventie ab hominibus qui sint inter Bononienses et Faventinos intra predictos confines, Faventinis pro eorum velle adiuvabimus; et predictos eorum inimicos pro nostris inimicis tenebimus, ex quo nobis denuntiatum fuerit a rectore vel rectoribus qui pro tempore fuerint in civitate Faventie; et eos in personis et rebus, cum eis et sine eis, offendemus ad voluntatem Faventinorum; nec pacem, nec finem, neque treuguam cum eis faciemus sine voluntate rectorum vel rectoris qui per tempora fuerint in civitate Faventie. Hec autem cum commodo et incommodo nostro, bona fide pro posse nostro et sine fraude observabimus. Hoc etiam addito, quod si aliquis Faventinorum captus ab aliquibus fuerit, eum vel eos bona fide recuperabimus, dando simile vel equale cambium, si habuerimus. Et ad conservandum bonum statum Faventine civitatis, quem modo habet vel in antea habebit, bona fide operam dabimus, eumque manutenebimus, nec in contrarium faciemus. Et ut Castrum Ymole non destruatur, bona fide operam dabimus, preces faciendo, non tamen expendendo nostra bona sive pecuniam nostram, nisi de communi voluntate utriusque civitatis Consilii fieret. Et nullum acquisitum faciemus de hominibus civitatis Ymole, sive de hominibus vel terris episcopatus Ymole, sive de ipsa civitate pro Communi Bononie, sine voluntate rectorum vel rectoris Faventie qui per tempora fuerint; et postquam insimul consenserimus de acquirendo, illud acquisitum sive accattum communiter tenebimus; nec novam amicitiam faciemus contra Faventinos a civitate Bononie usque ad Ariminum. Et si de voluntate et consilio utriusque civitatis fuerit de aliquo addendo vel minuendo, de addito teneamur, de diminuto simus absoluti. Et hec omnia bona fide et sine fraude perpetuo observabimus, excepto contra dominum imperatorem. Et omni capite X annorum hec sacramenta renovabimus in Consilio per homines Con-

[1] ARCHIV. COM. IMOLA (Reg. FERRI, III, 8); ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II II, p. 147; FANTUZZI, *Mon. Rav.*, VI, n. 26, p. 52; GADDONI, *Chart. Imol.*, p. 355.

silii mee civitatis, et in contione per portonarium seu plazarium, nisi terminum utriusque civitatis rectores prorogaverint.

Actum in civitate Bononie, in domo in qua habitat potestas, scilicet Alberti de Rusticanis.

Homines publici Consilii Bononie ad campanam coadunati iuraverunt ut supra scriptum est observaturos, die XI intrante mense decembri.

Die vero sequenti in publica contione Petrus Cortisius nuntius Communis Bononie coram domino Guittone potestate Bononie et eius iudicibus et coram domino Martino Camerino et Ugone de Sasso de civitate Faventie, populo bononiensi mandante et precipiente, iuravit super eorum animam se observaturos, ut supra legitur.

Ego Zacharias imperatoris F[ederici] auctoritate notarius, et tunc Communis Bononie, interfui et scripsi [1].

XIX.

1194 dicembre 17

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno Domini M.C. nonagesimo quarto, regnante Henrico Romanorum imperatore et semper augusto, XVI kalendas ianuarii, indictione XII. Nos Faventini promittimus et iuramus personas hominum Bononiensium eorumque bona bona fide sine fraude salvare et defendere in tota nostra fortia; et si eis impedimentum apparuerit in tota nostra fortia, idem pro eis faciemus quod et pro Faventinis; et hostes faciemus Bononiensibus per duas vices in anno: semel cum toto Communi ad nostrum proficuum vel dampnum vel dispendium usque ad Panarium, et per VIII dies stabimus; alia vero vice cum militibus et sagittariis usque ad predictum Panarium, et cum erimus coadunati cum Bononiensibus, per VIII dies stabimus in eorum servitio ad eorum dispendium et nostrum lucrum et dampnum. Hec autem omnia facere teneamur X milibus supra stratam et X subtus stratam. Et si aliquid contrarium vel offensa seu affare apparebit Bononiensibus vel Communi Bononie ab hominibus qui sint inter Bononiam et Faventiam infra predictos confines, Bononiensibus pro eorum velle adiuvabimus; et predictos eorum inimicos pro nostris inimicis tenebimus, ex quo nobis denuntiatum fuerit a rectore vel rectoribus qui pro tempore fuerint in civitate Bononie, et eos in personis et rebus offendemus, cum eis et sine eis, ad voluntatem Bononiensium; nec pacem, nec finem, nec treuguam cum eis faciemus sine voluntate rectorum vel rectoris qui pro tempore fuerint in civitate Bononie. Hec autem cum commodo et incommodo nostro, bona fide pro posse nostro et sine fraude observabimus. Hoc etiam addito, quod si aliquis bononiensis captus ab aliquibus fuerit, eum vel eos bona fide recuperabimus, dando simile vel equale cambium, si habuerimus. Et ad conservandum bonum statum Bononie civitatis, quem modo habet vel in antea habebit, bona fide operam dabimus eumque manutenebimus, nec in contrarium faciemus. Et ut Castrum Imole non destruatur operam dabimus, preces faciendo, non tamen expendendo nostra bona sive pecuniam nostram, nisi de communi voluntate utriusque civitatis Consilii fieret. Et nullum acquisitum faciemus de hominibus civitatis Imole sive de hominibus vel terris episcopatus Imole, sive de ipsa civitate, pro Communi Faventie, sine voluntate rectorum vel rectoris Bononie qui pro tempore fuerint; et postquam insimul consenserimus de acquirendo, illud acquisitum sive accattum communiter tenebimus. Nec novam amicitiam faciemus contra Bononienses a civitate Faventie usque ad Parmam. Et hec omnia bona fide sine fraude perpetuo observabimus, excepto contra dominum imperatorem. Et omni capite X annorum hec sacramenta renovabimus in Consilio per homines Consilii mee civitatis, et in contione per portonarium vel plazarium, nisi terminum utriusque civitatis rectores prorogaverint. Et si de voluntate et consilio utriusque civitatis fuerit de aliquo addendo vel minuendo, de addito teneamur, de diminuto simus absoluti. Personas vero Mendulorum et eorum de civitate Imola quos pro civibus recepimus, infra XV dies, vel ad alios terminos a rectore vel rectoribus Bononie, nobis datos, postquam a rectore vel rectoribus Bononie qui per tempora fuerint, erimus requisiti, simile sacramentum, quod nobis fecerunt Bononienses, bona fide faciemus facere; quod si facere noluerint, eos deinde pro civibus nostris non habebimus.

Actum in civitate Faventie, die et indictione predicta. In Consilio Faventie in palatio domini episcopi, homines Consilii per campanam coadunati iuraverunt observare ut supra legitur.

Sequenti vero die in publica contione Faventie, Guirisius nuntius Communis Faventie et plazarius, populo Faventie mandante et clamante et precipiente, iuravit super eorum animam, uti supra legitur, servaturos.

Nomina vero eorum qui in Consilio Faventie iuraverunt, ut supra dictum est, servare, sunt hec:

Bernardus Sapiens, Guilielmus Tederici, Palmerius Alberti, Guido Leotherius, Ducelinus, Bulgarellus

---

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 60 *v*; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 61; MITTARELLI (cenno), col. 607; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 179.

Iohannis Thomai, Matheus Sinibaldi, Guido de Albizis, Guido Guiducii, Ugo Saxi, Auriolus, Matheus Caproni, Theodoricus Bulzaga, Guido Buccatii, Rusticus Berti, Arculanus, Aureus, Matheus Rodulfi, David Guaffalei, Bencius Farulfi, Loerius, Rainucius Ugonis Saxi, Federicus Isnardi, Contisellus Reculxi, Albertus Sapiens, Saracenus Gualfredi, Guercius, Andreas Gibellini, Treugua, Capiron, Beltali, Punçettus, Albertinus Tuscanus, Ubertinus Sapiens, Ugo Taudiscus, Rambertinus Isnardi, Iacobus Penne, Guitto Medicus, Guido Conte, Belingarius, Albertinus Offitie, Peppus Vacce, Saxolus, Gocius Arardi, Nichola Pevi, Astaencurte, Speraindeo, Oddo Alberici, Peppus Ricchemanni, Bretamus Magonis, Azolinus Iohannis Ducis, Deusmede, Ugettus Bernoli, Iohannes Calzetti, Saxolus Piscalandus, Deusteguardet, Andulfus, Ugo Biacque, Bulgarellus Andulfi, Citadante, Leonardus Guidonis Sassi, Iohannes Mathei, Petrus Sancte Luxe, Liuthus, Matheus Iohannis Episcopi, Corbolus, Floravante, Zocolus, Contadinus, Petrus Bernardus, Nicholaus de Sancto Bartholo, Bonifatius, Fuscolus Achillis, Agnellus, Uguitio Gelfi, Vivianus Sapiens, Bencevenne Familie, Ungarellus Brandi, Albertus Cazaguerre, Zampolus, Ruzerius, Vivianus Ugolini, Iohannes Theodoricus, Scortolus, Deusteguardet, Corilianus, Rambertinus de Basiliaco, Petrus Martocius, Clarimbaldus, Iohannes Belinde, Savarisius, Albertinus Zaulitte, Petrus Peverellus, Ugolinus Petri Tignosi, Bonus Filliettus, Manettus, Gualtirolus, Farulfus Baldoli Pepolelli, Nicholaus Sulimani, Rainerius Randi, Iacopus, Henricolus Mezegaline, Tedericus Zannitti, Iohannes Rainerii, Aliottus Zannelli, Santinus Faber, Albertus Novus, Uguicio, Morandus, Guererius Faber, Iohannes Silini, Rambertinus Zaulini, Gauzolus, Iohannes Casticius, Orlandolus Cotugni, Petrus Mannelle, Albertus Plenus Lanizo, Guido Richetti, Baldulus, Ugolinus Donoli, Superbus, Milanisius, Bonolus Bonifilioli, Ostesanus Mathei, Zanzus Meliani, Peppus Zipsii, Guiducius Faber, Iohannes Corboli, Petrus Rubeus, Turixianus, Peppus Ragni, Iohannes Rusticelli, Albericus Quattuorblanchi, Ostolus, Aliprandus, Papa, Rambertinus Farioli, Benzevenne Tedelgardi, Iohannes Leuli, Palmerius Iohannis Ungarelli, Theodoricus de Liccapisce, Ordelaffus, Iohannes Temone, Iulianus Guidoli Peregrini, Ugo Clarmontis, Brandus Maltrude, Gulielminus, Guido Anzeli, Petrus negociator, Samuel, Ubaldinus Cancellarii, Gilius Gentile, Unganellus Gandulfini, Iohannes Prettonus, Denago tabellio, Benzevenne tabellio, alius Benzevenne tabellio, Sforzolus, Martinus Camerinus.

Ego Zacharias imperatoris F[rederici] auctoritate, et tunc Communis Bononie notarius predictis omnibus interfui et, ut supra legitur, scripsi [1].

XX.

1198

Potestas (*Milo de Ugonibus, de Ravenna*) iuratus dicit quod ipse non movit menamentum Cesene alicui persone, immo potestas Faventie movit ei; et menamentum tale fuit, quod debebant Cesenates reddere captos Ravenatibus et facere finem de omni maleficio a Ravenatibus eis facto, et debebant observare et firma tenere ea de quibus fuerant concordes mediatores Ravenne et Cesene, de ceteris que remanebant in discordia debebant obedire omnia precepta potestatis Faventie sine tenore aliquo, et exercitus debebat desalbergare. Quod menamentum Conscilio Ravenne dixit et omnibus placuit, prout dicebant, ita quod nullus contradixit, excepto Widone Signorelli, qui volebat de suo facto specialiter tractari; et eidem Widoni illud menamentum placebat si suum factum specialiter componeretur. Placebat tamen potestati et Conscilio si et Ariminensibus illud idem placeret cum quibus illud tractare debebat et eorum conscilio ad effectum perducere. Nec aliam obligationem vel promissionem fecit potestas Ravenne, nec fieri fecit. Nomina illorum qui interfuerunt huic Conscilio sunt hec: comes Malvicinus, comes Wido Filaraldus, comes Bernardinus, Petrus Traversarius, Ubertinus Widosdei, Wido Signorelli, Petrus Andree, Rodulfus Bisenzonus, Iohannes Porcus, Wido Michaelis, Alidosius et Bomfiolus de Ravennis et Ospinellus et Lionardus Porcellus et Bacalarus, Enricus Ubertelli et plures alii.

Verbum vero separandi exercitum potestas Ravenne non movit alii, sed potestas Faventie movit ei, et venit ad eum et dixit ad papillionem suum ei ut faceret exercitum desalbergare in mane diei sabati, quia bene erat ei cautum a Cesenatibus, et bene xxx et plus iuraverant ei precepta; et potestas habuit conscilium a Ravenatibus, qui erant ibi, multis numero, militibus et peditibus, quibus placuit desalbergare. Nomina istorum sunt ista.... Causa itineris quare iudex ivit Ariminum fuit hec, ut impetraret licentiam ab Ariminensibus componendi; set ipsi non dederunt, et ideo concordia remansit. Preterea dicit quod in menamento neque post menamentum neque ante menamentum ipse non fecit de illo menamento aliquod iuramentum, nec fieri fecit, neque factum fuit ab aliquo Ravenate se sciente, nec aliquod precium vel emolumentum inde habuit, nec habiturus est, nec aliquis se sciente; et quicquid fecit

[1] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, p. 61; copia Bibliot. Com. Faenza, ms. n. 49 p. 67; Mittarelli (cenno), col. 667; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, II, II, p. 180.

in isto toto facto, bona fide et sine fraude fecit, neque dolum, neque fraudem ullam adhibuit. Dominus Iohannes iudex potestatis iuratus dicit idem quod potestas. Isti sunt obsides potestatis Ravenne: dominus Airoldus frater potestatis, dominus Lanfrancus de Manervio primus cosinus potestatis, dominus Maifredus de Lavello-longo gener potestatis, dominus Iacobus de Homis. In presentia Notevolvi iudicis et aliorum qui erant in Conscilio, dominus Milo potestas Ravenne obligavit et promisit sub pena M. lib. comiti Malvicino et Rainerio Ubertini pro Communi Ravenne, si aliquo modo reperiretur quod aliquam fraudem vel dolum fecisset vel commisisset in menamento Cesene, vel reperiretur esse aliter ut ipse suo iuramento dixit: et dedit predictos obsides in manus domini comitis Malvicini et domini Rainerii Ubertini, quibus receptis ipsi iuravere ad sancta Dei evangelia quod stabunt in eorum virtute suo velle, et eorum precepta attendent, et quod non exibunt de Ravenna vel de suburbiis sine parabola dicti comitis Malvicini et Rainerii Ubertini [1].

XXI.

1204 novembre 17

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo CC.IIII, tempore Innocentii pape, inperatorem non habemus, die mercurii XV kalendas decembris, indictione VII, in palatio Communis Bononie. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Nos Bononienses promittimus et iuramus personas hominum Faventinorum eorumque [bona] bona fide sine fraude salvare et defendere in tota nostra fortia, et si eis impedimentum apparuerit in tota nostra fortia, idem pro eis Faventinis [fa]ciemus quod pro Bononiensibus; et hostes faciemus Faventinis per duas vices in anno cum a nobis petierint: semel cum nostro Communi ad nostrum proficuum vel dampnum vel dispendium usque ad Aquam-violam, et per VIII dies stabimus; alia vero vice cum militibus et sagittariis usque ad Aquam-violam predictam; et cum erimus cohadunati cum Faventinis, per VIII dies stabimus ad eorum dispendium et nostrum lucrum et dampnum. Hec autem omnia facere teneamur X milibus supra stratam et X supbtus stratam. Et si aliquid contrarium vel ofensa seu affare apparuerit Faventinis vel Communi Faventie ab hominibus qui sint inter Bononiam et Faventiam intra predictos confines, Faventinos pro eorum velle adiuvabimus; et predictos eorum inimicos pro nostris inimicis tenebimus, ex quo nobis denuntiatum fuerit a rectore vel rectoribus Faventie, qui per tempora fuerint in civitate Faventie, et eos in personis et rebus offendemus, cum eis et sine eis, ad voluntatem Faventinorum; nec pacem, nec finem, neque treuguam cum eis faciemus sine voluntate rectoris vel rectorum qui per tempora fuerint in civitate Faventie. Hec autem cum commodo et incommodo nostro, bona fide pro posse nostro et sine fraude observabimus. Hoc etiam addito, quod si aliquis Faventinorum captus ab aliquibus fuerit, eum vel eos bona fide recuperabimus, dando simile vel equale cambium, si habuerimus. Et ad conservandum bonum statum Faventie civitatis, quem modo habet vel in antea habebit, bona fide operam dabimus, eumque manutenebimus, nec in contrarium faciemus. Et ut Castrum Ymole non destruatur, bona fide operam dabimus, preces porrigendo, non tamen bona nostra expendendo neque peccuniam nostram, nisi de voluntate Communis utriusque civitatis Consilii fieret. Et nullum aquisitum faciemus de hominibus civitatis Ymole, sive de terris, vel hominibus vel terris episcopatus Ymole, sive de ipsa civitate, pro Communi Bononie, sine voluntate rectoris vel rectorum Faventie qui per tempora fuerint; et postquam insimul consenserimus de acquirendo, illud aquisitum sive accattum communiter tenebimus; nec novam amiciciam faciemus contra Faventinos a civitate Bononie usque ad Arriminum. Et hec omnia bona fide sine fraude perpetuo servabimus, excepto contra dominum imperatorem. Et omni capite X annorum hec sacramenta renovabimus in Consilio per homines Consilii mee civitatis, et in concione per portonarium seu plazarium, nisi terminum utriusque civitatis rectores prolongaverint. Et si de voluntate et consilio utriusque civitatis fuerit de aliquo addendo vel minuendo, de addito teneamur, et de diminuto simus absoluti.

(1214 aprile 18)

Que supradicta iurata sunt ab hominibus Consilii Bononie anno dominice nativitatis millesimo CC.XIIII, die veneris tercio decimo exeunte mense aprilis, indictione II[a], in palatio Communis Bononie, tempore regiminis domini Rodulfi Comitis de Guidone Bergognone Bononie potestatis, ad postulationem domini Pagani Alberti Egidii de Parma potestatis Faventie, et domini Frugerii sui et Communis Faventie iudicis, et Bulgarelli et Guidonis Doxii et aliorum ambaxatorum Communis Faventie, servare secundum quod in dicta concordia continetur.

Ego Pascalis sacri palatii notarius hanc renovationem iuramentorum mandato domini Ro[dulfi] Comitis Bononie potestatis, die predicta XIII exeunte mense aprilis, indictione II[a], scripsi [2].

[1] ARCHIV. ARCIV. RAVENNA, I, n. 4145; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 205.

[2] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 164; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 77; (cenno) MITTARELLI, col. 608; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 263; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12888.

XXII.

1204 novembre 23

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno Domini millesimo CC. quarto, nullo inperatore inperante, temporibus regiminis domini Uberti Vicecomitis de Placentia potestatis Bononie, nono kalendas decembris, indictione VII. Nos Faventini promittimus et iuramus personas hominum Bononie eorumque bona bona fide sine fraude salvare et defendere in tota nostra fortia, et si eis impedimentum apparuerit in tota nostra fortia, idem pro eis faciemus quod pro Faventinis; et hostes faciemus Bononiensibus per duas vices in anno cum requisiti fuerimus: semel cum nostro Communi ad nostrum proficuum vel dampnum vel dispendium usque ad Panarium, et per VIII dies stabimus; alia vero vice cum militibus et sagittariis usque ad predictum Panarium; et cum erimus coadunati cum Bononiensibus, per VIII dies stabimus in eorum servicio ad eorum dispendium et nostrum lucrum et dampnum. Hec autem omnia facere teneamur X milibus supra stratam et X subtus stratam. Et si aliquid contrarium vel offensa seu affare apparuerit Bononiensibus vel Communi Bononie ab hominibus qui sint inter Bononiam et Faventiam intra predictos confines, Bononienses pro eorum velle adiuvabimus; et predictos eorum inimicos pro nostris inimicis tenebimus, ex quo nobis denunciatum fuerit a rectore vel rectoribus qui pro tempore fuerint in civitate Bononie; et eos in personis et rebus offendemus, cum eis et sine eis, ad voluntatem Bononiensium; nec pacem, nec finem, nec treuguam cum eis faciemus sine voluntate rectorum vel rectoris qui pro tempore fuerint in civitate Bononie. Hec autem cum commodo et incommodo nostro, bona fide pro posse nostro et sine fraude observabimns. Hoc autem addito, quod si aliquis bononiensis captus ab aliquibus fuerit, eum [vel] eos bona fide recuperabimus, dando simile vel equale cambium, si habuerimus. Et ad servandum bonum statum Bononie civitatis, quem modo habet vel in antea habebit, bona fide operam dabimus, preces faciendo, non tamen expendendo nostra bona sive pecuniam nostram, nisi de communi voluntate utriusque civitatis Consilii fieret. Et nullum acquisitum faciemus de hominibus civitatis Ymole, sive de hominibus vel terris episcopatus Ymole, sive de ipsa civitate, pro Communi Faventie, sine voluntate rectorum vel rectoris Bononie qui pro tempore fuerint; et postquam insimul consenserimus de acquirendo, illud acquisitum sive accaptum communiter tenebimus; nec novam amiciciam faciemus contra Bononienses a civitate Faventie usque ad Parmam. Et hec omnia bona fide sine fraude perpetuo servabimus, excepto contra dominum imperatorem. Et omni capite X annorum hec sacramenta renovabimus in Consilio per homines Consilii mee civitatis, et in contione per portonarium seu plazzarium, nisi terminum utriusque civitatis prorogaverint rectores. Et si de voluntate et consilio utriusque civitatis fuerit de aliquo addendo vel minuendo, de addito teneamur, de diminuto simus absoluti. Partem vero Mendulorum et eorum de civitate Ymole, quos pro civibus recepimus, infra XV dies, vel ad alios terminos a rectore vel rectoribus Bononie nobis datos, postquam a rectore vel rectoribus Bononie, qui pro tempore fuerint, erimus requisiti, simile sacramentum, quod nobis fecerunt Bononienses, si poterimus, bona fide faciemus facere; quod si facere noluerint, eos deinde pro civibus nostris non habebimus.

Actum in civitate Faventie, die et indictione predicta, in Consilio Faventie, in palatio Communis, homines Consilii per campanam cohadunati iuraverunt observare ut supra legitur.

Sequenti vero die in publica contione Faventie Nervotolus nuntius Communis Faventie et plazzarius, populo faventino mandante et clamante et precipiente, iuravit supra eorum animas, ut supra legitur, servaturos.

Nomina vero eorum qui in Consilio Faventie iuraverunt, ut supra dictum est, servare, sunt hec: comes Albericus, Bulgarellus Andulfi, Martinus Camarinus, Guido Acharisii, Guido de Albizils, David Vaffalei, Oddo Alberici, Andreas Guibellini, Ranerius Drudoli Ranerii, Orlandus Ugolini Comitis, Bulgarellus, Antollinus iudex, Nicolaus Cavalcacomes, Sforzolus, Deudatus Dominici Baronis, Hostexanus, Guizolus, Bernardus Albiroli, Gerardus Acharisii, Federicus Isnardi, Matheus Capironi, Farulfus Bastiani, Guido Bocchatii, Ugo Taudescus, Bonabussa, Loerius, Nicolaus Sullimanni, Drudo Zerzii, Raule, Albertinus Toscanus, Rambertinus de Cameniza, Paganucius, Unbaldus Bastiani, Iacobus de la Penna, Vivianus Abbatis, Mamolus, Arnaldus Camarinus, Auliverius Arpini, Rigus Capironi, Noellus, Iacobus de Guiscolo, Mazolfettus, Guido Tuscus, Guido Leccapissce, Fuscolus, Drudolus Boni, Nicolaus, Mengotius, Unganellus, Peregrinus, Gualtirolus, Lambertinus Loterius, Iohannes Tedericus, Gualfredus Palee, Zanellus, Iohannes tabellio, Iacobus Tignosi, Rigus Tancredi, Guidotinus Faber, Guido Rambertini, Farulfus de Ubaldo de Avoltronis, Rodulfinus de Cazaguerra, Iohannes Gualdinus, Monaldus, Lunardus Guidonis Fafii, Unganellus de Novellino, Leo de Alliprando, Zorzius, Albertinus de Fina, magister Ugolinus, Bonavicittus tabellio, Ubertinus Doniole, Rainerius de Monte-malori, Peppus Rica[ma]ni, Iohannes Calzeti, Beltraminus, Anguntanus, Petrus Scavitellus, Iag.i de Catora, Mainardus, Ri-

gus Ugobaldi, Pepus Ragni, Drudolus Zagni, Casizus, Bencevenne Telgarde, Nicolaus, Uguittus, Ingurdus, Palmerius Superlaltri, Petrus de sancta Lucia, Brusamercatus, Ugolinus Ursi, Manfredus, Uterius, Iohannes Mathei, Nicolaus Bolzaga, Ansaltus, Farulfus Fulconis, Senzanome, David de Paganino, Tedericus Marzani, Ugo Domestici, Farulfittus, Guido Ugolini, Germias de Castillone, Beltalis, Bellebonus, Torexanus, Aureus, Ponçittus, Treugua, Aliprandus, Uguiçio Guelfini, Albertus sapiens, Beldonus, Iohannes Laurentii, Albertinus de Mazis, Pepus Vacce, Rodaldus, Bencevenne Familie, Rogerius Petre, Nicolaus Sapiens, Guastinellus, Guido Thome, Aldrovandinus Francoli, Guillielmus de Guillielminis, Ugo Bolzaga, Albertinus Calcagnoli, Algerius, Tebaldus iudex, Thedericus Guzoli, Guillie[l]mus Ligarde, Sassittus, Lombardus, Moltobonus Pipinelli, Aribertus, Milanus, Martinus Zanzoli, Guidolinus Magus, Fuscolus Achillis, Ubertinus Sapiens, Guido Donisse, Palmerius Alberti, Notivolbi, Novellonus, Guido Bonzangni, Franciscolus.

Que omnia supradicta sacramenta facta a supradictis personis, in Consilio, et postea a supradicto nuntio et plazzario in concione, et omnia qualiter superius legitur, facta fuere presentibus domino Guidone de Pirovalo de Mediolano potestate Faventie, et domino Iacobo de Oldanis de Mediolano suo iudice, et domino Marsiliotto de Machagnanis procuratore Communis Bononie, et domino Petro Guidonis Romanci iudicis, et me Guidone notario.

Ego Guido de Faffis quondam domini Henrici imperatoris notarius his omnibus predictis interfui et mandato populi Faventie coadunati concioni et omnium predictorum de Consilio, ut supra legitur, scripsi[1].

XXIII.

1209 giugno 5

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno Domini millesimo CC.VIIII, tempore Innocentii pape, indictione XII, die V intrante mense iunii, in palatio episcopi Faventie; presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis, videlicet episcopo Ymolensi, episcopo Liviensi, camerario domini regis, Monacho, Passaguerra Mediolanensi, Rufino Placentino, Petro de Alberto Aldegerii iudicibus imperialibus, Atto de Sesso, Petro Traversario, magistro Petro Ceconia et aliis multis, dominus L..... Faventinus potestas vice et nomine Communis Faventie, deliberato consilio et voluntate sue curie et suorum consiliariorum, et presentibus Widone Accarisii et Matheo Capironi, Attolino, Widone Duca, Arnaldo, Aureo et Widone Saxo iudicibus, renuntiavit et resignavit in manu domini Wolcherii Aquileiensis patriarche et domini regis Ottonis in Ytalia legati, recipientis vice et nomine imperii, possessionem omnium rerum vel quasi, ad imperium spectantium vel quasi, quas imperator Henricus tempore sue mortis ipse vel suus missus vel alius pro eo habebat, tenebat, possidebat vel quasi, positas in episcopatu Faventino, vel in episcopatu Ymolensi et eius comitatu, vel in Bacagnavallo et eius comitatu, vel in episcopatu Liviensi eius comitatu, vel in comitatu comitis Guidonis, vel in episcopatu Florentino, quarum rerum possessionem vel quasi dictus potestas nomine Communis Faventini vel cives Faventini vel alius pro eis, tenutam sive possessionem habuerant vel habent; remittendo omnia iura, quantum ad possessionem, que in dictis rebus seu possessionibus imperii vel quasi, a tempore mortis imperatoris Henrici habuerunt, et absolvendo a iuramentis omnes homines habitantes in eisdem prenominatis rebus aut possessionibus vel quasi, et obligatione, si qua eis fuerunt vel sunt adstricti. Preterea dominus patriarca Aquileiensis supradictus precepit dicto domino potestati, vice et nomine Communis Faventie, sub pena et debito fidelitatis et sacramenti quod domino regi noviter fecerunt, quod ulterius non debeant se intromittere ipse vel alius qui pro tempore regimen civitatis habebit Faventie, vel aliqui cives Faventini, unus vel plures vel alius pro eis, sub pena X millium marchorum argenti, de possessione vel quasi predictarum rerum, hominum habitantium in possessionibus predictis; de qua resignatione plures carte a me mandate sunt fieri.

Et ego Porphirius imperialis aule notarius omnibus supradictis interfui et subscripsi[2].

XXIV.

1210 dicembre 10

In Christi nomine, amen. Petimus ut Cesenates faciant finem et pacem cum Faventinis, Bononiensibus, Forlivensibus, Ariminensibus, Foripompiliensibus, Cerviensibus, Pisaurensibus et Bagnacavallensibus atque

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 164 *v*; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 85; MITTARELLI (cenno), col. 102; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 263.

[2] ARCHIV. COM. IMOLA (I, XLI); ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 299; cf. BOEHMER, *Reg. Imper.*, V, n. 12342.

nobis Ravennatibus et rusticis de Bagno et cunctis aliis nostris amicis et nostre societatis et totius partis, videlicet de incendiis, omicidiis, iniuris, predis seu rapinis, dampnis et de omnibus aliis maleficiis, que nos eis fecimus vel aliqui nostre partis fecerunt. Item petimus ut absolvant homines archiepiscopi et archiepiscopatus, scilicet de Reversano, de Ruthiano et Casalecio et de la Varda et Sorivola et Monteliano et Savignano et de Saiano et de Sarzano et Roda et Montezuclo et homines de Valle sancti Vettorii, de omnibus sacramentis et promissionibus et obligationibus que vel quas predicti homines eis fecerunt sponte vel alio modo a sex annis hucusque pro Communi vel.... nomine wardie vel commendationis sive defensionis. Item petimus ut dimittant et expediant.... archiepiscopatus et aliarum ecclesiarum Ravenne et omnium Ravennatum atque.... vel invaserunt seu intraverunt pro communi vel pro diviso a predictis.... ostenderint concessionem sibi factam legitime ab eo cuius possessio illa esset. Item petimus ut dimittant ecclesiis Ravenne et Ravennatibus atque Cerviensibus omnes dathias superimpositas eis et eorum possessionibus a predicto termino hucusque. Item petimus ut restituant domino Widoni Signorelli possessionem suam eque bonam ut ei abstulerunt, vel dent ei, pro totta illa possessione quam habebat in Sorivola, tantum quantum davit dominus Petrus Traversarie independenter. Item petimus ut restituant et dimittant ecclesie Portuensi possessionem suam eque bonam ut abstulerunt, vel concordent inde se cum eis. Item petimus ut dimittant et diffiniant nobis homines nostros de plebe Pisignani et de plebatu, et aloderios recuperatos ex possessionibus ecclesiarum Ravenne vel Ravennatum, et homines et suprasedentes omnes Brettenoriensium, et aloderios recuperatos ex possessionibus eorum nobis similiter et dimittant. Item petimus ut habeamus omnem iurisdictionem temporalem plebis Pisignani, et Cesenates pro communi vel pro diviso remittant nobis et diffiniant iurisdictionem illam predictam. Item petimus ut prestent fidelitatem archiepiscopo Ravenne et suis successoribus, sicut fecerunt archiepiscopo Walterio. Et ut cuncta servitia et usanzias et dathias, quas et que habebat archiepiscopus Girardus in Cesena et eius districtu domino archiepiscopo Ub[aldo] et eius successoribus libere dimittant et habere consentiant. Item petimus ut faciant.... et bonum usum ecclesiis Ravenne et Ravennatibus et Cerviensibus. Ita....[1].

XXV.

1211 novembre 22

In Christi nomine. Iuro ego guardare et salvare et manutenere Castrum de Ymola et eius pertinentiis ad honorem Dei et domini Ottonis Romanorum imperatoris; nec ero in consilio vel adiutorio, per me vel per alium, quod dictum Castrum destruatur vel translatetur de loco ad locum, in totum vel in partem aliquam; nec aliquod menamentum tenebo palam vel nascose cum aliqua persona vel personis vel Communi terre, per me vel per alium, de ipso Castro destruendo vel translatando, vel de eius honore minuendo, sine parabola Communis Faventie et Bononie; et si scio vel scivero aliquem vel aliquos predicta facere vel tractare, vel aliquod predictorum, meis viribus resistam et, quam citius potero, rectoribus Bononie et Faventie manifestabo; nec faciam coniurationem, conspirationem vel conventiculam vel compangniam aliquam per sacramentum vel promissionem cum aliquo vel cum aliquibus de Castro Ymole vel aliunde, sine parabola rectorum Bononie et Faventie; et si aliquam feci, vel in aliqua sum, omnes, qui mihi tenentur per sacramentum vel per promissionem, occasione armorum a nobis factorum vel aliqua alia occasione, absolvam, et ab eo vel ab eis, qui vel quibus teneor, absolutionem petam, et si eam michi non daret, rectoribus Bononie et Faventie et prepositis ad gerenda negotia dicta manifestabo, et hec infra IIII[or] [dies] postquam hoc sacramentum fecero. Et si scio vel scivero aliquem vel aliquos esse in coniuratione vel conspiratione vel compagnia aliqua, rectoribus Bononie et Faventia et prepositis de Bononia et Faventia in Castro Ymole, quam citius potero manifestabo. Personas hominum Bononie et Faventie, qui sunt vel erunt in Castro Ymole vel eorum pertinentiis, et eorum bona guardabo et salvabo, nec eos offendam per me vel per alium, nec ero in consilio vel adiutorio quod offendantur: et si scivero aliquem vel aliquos velle eos offendere in personis vel rebus, totis meis viribus resistam, et eis, quam citius potero, manifestabo: et quod attendam et observabo precepta illorum duorum de Castro Ymole qui sunt vel erunt prepositi ad gerenda negotia Communis Castri Ymole, et similiter illorum duorum de Bononia et Faventia qui predictis erunt adiuncti coadiutores; et cum consilium a me petierint, bona fide eis dabo, et credentias, ab eis michi iniunctas, privatas tenebo; et eis fortiam dabo ad negotia ipsius Castri facienda et ad maleficia punienda et banna ipsius Castri auferenda; et guaitam ipsius Castri michi iniunctam die noctuque, prout iniuncta fuerit, faciam; nec intrabo Commune Ymole, et si iam intravi,

[1] ARCHIV. ARCIV. RAVENNA, P, n. 5410; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 309; cf. MITTARELLI, col. 468.

manifestabo rectoribus Bononie et Faventie; nec inde me civem faciam vel alicuius alterius civitatis, castri vel vichi, sine parabola rectorum Bononie et Faventie, nec aliquem vel aliquos de Castro Ymole vel eius pertinentiis feriam vel offendam in personis vel rebus; et si scirem aliquem vel aliquospredicta velle facere, resistam, et, quam citius potero, eis, qui prepositi sunt vel erunt in ipsa terra, manifestabo. Et hec omnia predicta et quodlibet predictorum faciam et attendam et observabo in omnibus et per omnia ad honorem Dei et domini O[thonis] Romanorum imperatoris.

Anno Domini M.CC.XI, die martis VIIII exeunte novembri, indictione XIIII, in ecclesia sancti Nicholai posita in Castro de Ymola, in presentia domini Guillielmi de Pusterla potestatis Bononie, et domini Alberti de Mandello potestatis Faventie, et domini Ubertini iudicis, et domini Rambertini de Marano, consulum iustitie Communis Bononie, et domini Bonifatii Guidonis Guizardi, et domini Marsiliotti, et domini Alberti capitanei, et domini Uguizionis Guidonis Uguicionis ambaxatorum Bononie, et domini Albertini Uguizionis et domini Guidonis de Marzano, et domini Arnaldi Camarini, et domini Federici Ysnardi, et domini Senzanome ambaxatorum Faventie.

Isti infrascripti homines de Castro Ymole iuraverunt ea observare que continentur in suprascripto brevi (*Sequuntur nomina*).

Ego Girardus notarius filius quondam Balbi interfui, et supradictum breve et omnia prememorata et homines prescriptos, ex eorum voluntate scripsi [1].

XXVI.

1212 gennaio 24

In nomine sanctissime et individue Trinitatis. Otho Dei gratia Romanorum imperator augustus. Imperialis circumspectio quosque fideles suos oculos clementie diligenter consuevit respicere et eorum iustis postulationibus supernam et benignam aurem accomodare. Ideoque nos attendentes puram fidem sinceramque devotionem nostre civitatis Ymole et nostrorum fidelium civium eiusdem civitatis, quod ipsi imperatori hactenus semper exhibuerunt etiam nobis Domino dante exhibituri sunt, de liberalitate imperiali promittimus Alberto Buccadeluzo Imolensium potestati et Palmirolo de Moredano et Pellegrino Pizoli eiusdem civitatis ambaxatoribus, recipientibus vice et nomine Communis Ymole, videlicet quod comitatum et episcopatum Ymole nec in toto nec in diviso seu parte dabimus nec concedemus nec dari faciemus Bononiensibus nec Faventinis nec alicui, qui ipsis daret vel concederet, nec qui pro iamdictis Bononiensibus vel Faventinis haberet vel teneret in communi vel diviso aliquo modo vel ingenio. Hec itaque firma teneri et observari per nos et nostros successores promittimus perpetuo, quoniam prenotatum Albertum potestatem et ambaxatores et ipsam civitatem Ymole et totum Commune semper Imperio fideles intelliximus extitisse; et si aliqui persone daretur vel fieret aliqua concessio de comitatu Ymole, volumus quod cassa sit et prorsus vana et nullius momenti. Si quis vero contra hanc nostram constitutionem et promissionem venire presumpserit, accipiendo vel usurpando dictum comitatum et episcopatum, centum libris auri purissimi componat pro pena, et nostram se sciet indignationem et offensam incurrisse.

Testes: Petrus prefectus Urbis et Iohannes filius suus, Tomas comes Sabaudie, Willelmus marchio Montis-ferrati, Willelmus marchio Malaspina, Ildebrandinus comes Tuscie, Yzelinus de Romano, Salinguerra de Ferraria, et alii quam plures.

Datum apud Laudam, per manus Conradi Spirensis episcopi imperialis aule cancellarii, anno M.CC.XII, indictione XV, nono kalendas februarii, imperii nostri anno III [2].

XXVII.

1213 aprile 27

In Dei nomine, amen. Dominus G[uido de Aquavia] de Sesso Ymolensium potestas nomine Communis Ymole fecit pacem Ugolino Albertinelli potestati Castri Ymole, recipienti nomine illius Castri, in avere et personis, et e converso; remittendo inter se, quilibet pro suo Communi sue terre, omnes iniurias seu offensas, que facte fuerunt inter homines Ymole et homines Castri Ymole in eorum personis et rebus ab eo tempore citra quo Patriarcha venit in Romagnam; et de hoc pactum de non petendo et finem et refutationem inter se fecerunt, promittens dictus G[uido] potestas Ymole, nomine Communis Ymole, domino M[attheo] de Corrigia Bononie potestati nomine Communis Bononie, et domino Palmerio et domino Bulgarello et

---

[1] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 192; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 97; ed. MITTARELLI, *Access. Favent.*, col. 610; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 320; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12406.

[2] ARCHIV. COM. IMOLA, ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 322.

domino Guidoni Doxio consulibus Faventie, nomine illius Communis, dictam finem et refutationem et pactum de non petendo et pacem firmam tenere et aliqua de causa non contravenire, sub pena M marcharum argenti invicem inter se promissa: et quod de cetero aliquem vel aliquos homines Castri Ymole vel eius curie non recipient Ymolam in eorum civem vel in eorum habitatorem, donec Castrum Ymole auferretur Communi Bononie et Faventie ab imperatore, vel donec Commune Bononie et Faventie communiter eum et guardiam ipsius Castri haberent; et quod possessiones omnes et res hominum Castri Ymole, quas habebant et tenebant eo tempore quo Patriarcha venit in Romagnam, quiete et pacifice eis relinquere debeant; et si de illis possessionibus questio verteretur, quod illas, quas homines dicti Castri probarent se tunc habere quando Patriarcha venit in Romagnam, per cartam vel per testes coram arbitris eligendis, qui illas pure et libere eis dimittent in pace et quiete. Et e converso, sub pena predicta mille marcharum argenti, super possessione illorum hominum, qui, ab eo tempore citra quo guardie fuerunt in Castro Ymole pro Communi Bononie et Faventie, iverunt ad habitandum Ymolam, sit in arbitrio potestatis Bononie et consulum Faventie quid super illis dicere et ordinare voluerint. Promittendo dictus G[uido] potestas Ymole nomine Communis Ymole dicto domno M[attheo] potestati Bononie nomine Communis Bononie, et dictis consulibus Faventie nomine eorum Communis, quod de cetero homines Castri Ymole non offendentur ab hominibus Ymole in personis et rebus, donec Castrum Ymole esset in guardia et proctetione Communis Bononie et Faventie pro imperatore; et si lis verteretur de possessione et pecunia vel rebus inter homines Ymole et homines Castri Ymole et curie, quod debeat terminari per arbitros eligendos ab hominibus Ymole et ab hominibus Castri Ymole infra certum tempus, scilicet XL dies. Item promisit dictus dominus G[uido] potestas Ymole, nomine Communis Ymole, prefato potestati Castri Ymole et potestati Bononie et consulibus Faventie, quod faciet poni in brevi regiminis future potestatis Ymole, quod omnia predicta attendet et observabit; et quod hec omnia predicta iurare faciet Consilium totum Ymole, presentibus ambaxatoribus Communis Bononie et Faventie; et hoc idem promisit dictus potestas Castri Ymole, quod omnia predicta iurare faciet Consilium totum Castri Ymole. Et hec omnia habeant locum quousque Castrum Ymole fuerit in custodia et guardia Communis Bononie et Faventie communiter. Hec omnia acta sunt et promissa a dicto G[uidone] potestate Ymole, voluntate et consilio et presentia Palmiroli de Moredano, Henfangati, Orlandi Rambertini et Pellegrini Pizzoli et Guidonis Petri, Tederici et Benioli Novaldi et Bocche-Videlli et Pellegrini Santerni et aliorum. Et predicta in omnibus, secundum quod superius legitur, ad invicem inter se attendere et observare et non contravenire seu facere promiserunt prefati omnes et quelibet pars, sub pena predicta mille marcharum argenti, penaque soluta in singulis capitulis, si commissa fuerit, in omnibus et per omnia firma et rata, ut legitur supra, in omnibus maneant. Millesimo CCXIII, die sabbati IIII exeunte aprili, indictione prima, in renacio iuxta flumen Santerni inter Ymolam et Castrum Ymole, presente domino Thomasino, et domino Cazzanimico, et domino Graidano, et Petrizolo Corradi, et Ugone Benni, ambaxatoribus Communis Bononie, et Ubertino domine Doniole, et Andrea Gibellini, et Attolino Sapientis, et Marescotto, ambaxatoribus Communis Faventie, et Musto, et Rubeo, et Guidone Alberti Prugne, et Rustichello, et Dalmaxio, et aliis pluribus de Castro Ymole testibus.

Ego Iohannes de Savignano imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui, et, ut supra legitur, mandato dictarum potestatum et consulum predictarum terrarum, scripsi [1].

XXVIII.

1213 maggio 2

Eodem anno et eadem indictione, die secundo intrante maio, in ecclesia sancti Laurentii, in Consilio Ymole ad sonitum campane coadunato, presente domino Lambertino de Lambertaciis, et Iohanne Paulo de Castello ambaxatoribus Communis Bononie, et domino Guidone Bonzangni ambaxatore Communis Faventie, omnes infrascripti de eodem Consilio Ymole iuraverunt prefatum contractum, ut superius legitur, in omnibus attendere et observare et non contravenire seu facere.

(*Sequuntur nomina eorum qui iurarunt*).

Die eodem in Consilio Ymole .... dominus Guido de Aquavia potestas Ymole nomine eiusdem Communis promisit Ugolino Albertinelli potestati Castri Ymole recipienti nomine Communis sue terre, et domno Lambertino de Lambertaciis, et Iohanni Paulo ambaxatoribus Communis Bononie, et Guidoni Bonzangni ambaxatori Communis Faventie .... quod nullum passagium vel dadium auferretur hominibus Castri Ymole pro

[1] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 197 *v*; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 113; ed. MITTARELLI, col. 612; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 336; BOEHMER, *Reg. Imperii*, V, nn. 12437, 12439-40.

communi vel diviso, donec Castrum Ymole haberetur et teneretur pro Communi Bononie et Faventie, et donec homines eiusdem Castri starent in eodem pro Communi Bononie et Faventie.

Ego Iohannes de Savignano notarius etc.

(*sequuntur nomina hominum Castri Ymole qui iuraverunt*).

XXIX.

1214 aprile 29

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo CC.XIIII, die penultimo mensis aprilis, indictione secunda, dominus Paganus Parmensis Faventie potestas, in pleno Conscilio credentie Faventie civitatis ad sonum campane coadunato, promisit domino Petro Taurello, et domino Federico Pascipauperis, iudicibus Communis Bononie ambaxatoribus a domino R[odulfo] Comitis Guidonis Bergognonis electis et Faventiam transmissis ad recipiendam dictam promissionem et sacramentorum renovationem a Commune Faventie pro Commune Bononie, prout in carta concordie scripta manu Guidonis de Faffis notarii continetur, pro se et Commune Faventie et nomine ipsius Communis Faventie dictis ambaxatoribus recipientibus nomine et vice Communis Bononie, concordiam factam inter Bononiam et Faventiam firmam et ratam habere, prout in dicta carta concordie scripta manu dicti notarii continetur, a me infrascripto notario in dicto Conscilio lecta et recitata. Et illud idem promiserunt homines dicti Conscilii et corporaliter iuraverunt dictis ambaxatoribus nomine et vice Communis Bononie recipientibus, quorum nomina inferius declarantur et leguntur.

Item die sequenti, in publica contione civitatis Faventie, ad sonum campane coadunata, Guido Tuscus plazarius et nuntius Communis Faventie, mandante et clamante ad vocem omnibus hominibus dicte contionis ad cridum et precipiente dicto plazario, iuravit super eorum animas quicquid in dicta carta concordie scripta manu dicti notarii continetur, ab eodem notario audita et lecta, attendere et observare, promissione ab eis facta ad vocem et cridum, dictis ambaxatoribus nomine et vice Communis Bononie recipientibus.

Nomina vero illorum hominum de Conscilio civitatis Faventie, qui supradicta promiserunt et iuraverunt, hec sunt:

Guido Raulis, Ubertinus de Mole, Isnardinus, Girardinus Farolfi, Asaltus, Almericus, Bruxatus, Ugo Domestici, Flucan, Bencevenne Sapiens, Ugo Guilelmi, Tebaldus Sapiens, Alzerius, Arnaldus Camarinus, Federicus Ysnardi, Leonardus Guidonis Saxi, Andreas, Saxus de Mercato, Guido Acharixii, Iohannes iudex, dominus Albergettus, Leo Aliprandi, Forzolus, Zebedeus, Tedericus Gerardi, Iohannes Agnetis, Guilelmus Guitonis medici, Ventura Zacarius, Ranbertinus Lauterius, Ugo Randus, Berardus Albiroli, Saragon, Leonardus Santinus, Ugettus de Brandis, Astaencurte, Nicholaus Bonzaga, Petrus Toscanus, Deodatus Dominici, Bonabussa, Ubaldus Anestasii, Attolinus Sapiens, Guido Guiscoli, Dondeo Paganucii, Salamon de Gisso, Bencevenne de Fontana, Iohannes Rugilde, Gerardus Bautus, Lonbardus Milanensis, Iacoppus, Bonaventura Ugolini Grāidani, Iohannes Laurentius, Leonardus Albertini Cortisii, Bugaton, Multobono de Mercato, Fenzus Attiboni massarius Communis Faventie, Ubaldus de Podio, Ruzerius de Petra, David Rachitii, Achitore, Girardus Acharixii, Albertus Frexonis, Contizellus Richolchi, Uguitio Sapiens, Aureus Sapiens, Palmerius Alberti, Rigo Gualberti, Mattheus Capironis, Farolfus Fulconis, Benincasa Alberici Quatuorblancis, Suprapari, Beneveniens Familie, Iohannes Monteselli, Arconsanus, Orlandus Petri Bellini, Guido Ranzoni, Guilelmus Sapiens, Ubertinus Iohannis Tebaldi, Peppus Vitalis, Aliprandinus, Ubaldus Peppi Raigni, Ansaltus de Calcagnolo, Redolfus de Mercato, Aldevrandinus Lazarini, Vivia[nus] Rigrinazi, Ustisanus Matthei, Ugo de Guerra, Zulianus Alberti Geici, Malpillus, Iacobus Restasinus, Ubaldus de Cancellerio, dominus Bonifatius, Senzanomen, Guido Camerinus, Guastinellus, Unganellus Zanzi Tebaldi, Guiducius Guidonis Guiducii, Nicholaus de sancto Bartolo, Albertinus de Calcagnolis, Tedericus Guezoli, Peppus Ragni, Vinciguerra Rainerii Sapientis, Andreas Gibilini, Ubaldus Bastiani, Beltalis, Nicholaus de Brandis, Peppus Ricchimanni, Saracenus de Gualfredis, Rubeus Bonsanelli, Milianus Deteguardi, Iohannes Rubeus, Gregorius Peppi Geiorgii, Guido Gaidenetti, Albertolus Fulconis, Iacobus tabellio, Albertinus Guarnerii, Iohannes Tedericus, Guido Airra, Matheus Zantoli, Milanettus, Damianus Bulgari, Petrus Fancellus, Matheus Viviani Sapiens, Tomaxius, Citadinus Viviani Abbatis, Farolfus Farioli, Tebaldus Superbi, Guidoctus de Venero, Rainerius Quaratte, Farolfus Gerardi Fabri, magister Ugo tabellio, Guililminus de porta Ravegnana, Denego tabellio, Redolfinus Baldinetti, Tedelbaldus, Guido Unganelli, dominus Guido Dux, Saxettus, Albertinus Ugutionis, dominus Raignus, Iohannes tabellio, Bencevenne tabellio, Albertinus Offitie, Parmexanus, Geiorgius Sapientis, Ugo tabellio, Petrus Fuscolinus, Aurelius tabellio, Alciberius, Nichola de Tornainbene, Orlandinus Brunetti Fabri, Ranbertinus Revezolus, Guido Licapescem, Tedericus Rubeus.

Que omnia facta et celebrata fuere in civitate Faventie in domo et platea Communis Faventie, anno et diebus predictis, in presentia domini Frugerii iudicis

Communis Faventie, domini Aicardi militis potestatis, Naimerii notarii potestatis, Aliotti Teophyli, Iacobi de Gelfolo, Bernardi, Bulgarelli, tabellionum, Guidonis Tusci, Ugolini Miliani, Zunte, Zanioli, Iohannis de Bonfiliolo, Iohannis Marzonis et aliorum quamplurium.

Ego Bernardus sacri palatii notarius, a dicto domino R[odulfo] Bononie potestate ad supradicta scribenda et facienda electus et transmissus, omnibus predictis interfui et rogatus scripsi [1].

XXX.

1218 giugno 6

Anno Domini M.CC. octavo decimo, indictione VI, die mercurii sexto intrante iunio, [in] presentia domini Guidonis Boncambii, domini Iacobi de Balduino [doctorum] legum, domini Bonifatii Guidonis Guizardi, Ramberti de Bazalerio, domini Munsarelli, Ramberti de Gislerio, domini Basilii iudicis de Padua, domini Bonifacini de Piro et aliorum. Dominus Talamacius potestas Faventie et totum Conscilium eiusdem civitatis congregatum et coadunatum ad sonum campane totum in concordia iuraverunt et promiserunt stare laudo et mandato et dicto domini Albergitti Pandemilio potestatis Bononie vice et nomine illius Communis et ipsius Communis uno vel pluribus, semel vel pluries factis ab ipso domino Albergito potestate Bononie vice et nomine ipsius Communis et ab ipso Communi, super omnibus litibus et discordiis et offensionibus, que sunt vel esse videntur inter ipsos et Forlivienses, qualitercumque dixerint seu laudaverint inter ipsos et Forlivienses. Et hec omnia supradicta et omnia eius precepta, que sibi fecerint super premissis, promiserunt atendere et observare, sub pena et in pena duorum milium marcarum argenti, et hoc cum obligatione bonorum Communis Faventie et illorum de Conscilio; qua pena soluta, promissio hec et laudum, se[u] precepta que fecerint, nichilominus obtineant firmitatem.

Actum in pallatio Communis Faventie.

Ego Gerardus sacri palatii notarius interfui et scripsi [2].

XXXI.

1218 luglio 24

Anno Domini M.CC. octavo decimo, indictione sexta, die martis octavo exeunte iulio; [in] presentia domini Iacobi Pizoli, domini Guidonis Tantidenarii, domini Malatigne, domini Guidonis Alberici, domini Alberti de Gerardo Gisle, domini Primadicii, domini Ugolini eius fratris, domini Iacobi de Petro Paulano, Petrizoli de Gerardo Raimondini, domini Arienti, domini Uguizoni Guidonis Uguizonis et aliorum. Dominus Albergitus potestas Bononie pro se et vice et nomine Communis Bononie precepit domino Talamatio potestati et ambaxatoribus Faventie, scilicet domino Guidoni de Acharixio, domino Ugoni Bulzage, domino Pepo de Richemano, domino Petro Punceto, pro se et vice et nomine Communis Faventie, treguam inter se et homines et Commune Forlivii tenere, et quod nullam offensionem sibi invicem faciant in personis vel rebus dehinc usque ad festum sancti Michaelis et ultra, ad voluntatem potestatis et Communis Bononie, salvis omnibus aliis preceptis que sibi fecerint predictus potestas et Commune Bononie infra iam dictum terminum vel post; et festo sancti Michaelis predictus potestas Faventie, prout ei fuerit preceptum, cum scindicis et ambaxatoribus universitatis Faventie coram ipso Bononie potestate Bononiam, vel alibi ubi statutum fuerit, adesse debeat, vel infra si ei fuerit iniunctum. Et hoc precepit in pena sacramenti et pene comprehense in compromisso committende ad voluntatem potestatis et Communis Bononie secundum quod continetur in compromisso.

Actum in civitate Bononie, in caminata intus.

Ego Gerardus sacri palatii notarius interfui et scripsi [3].

XXXII.

1218 settembre 29

Anno Domini M.CC. octavo decimo, indictione sexta, die sabati secundo exeunte septembri; [in] presentia domini Guidonis Tantidinari procuratoris Communis Bononie, domini Alberti Guidonis Grassi, do-

---

[1] Archiv. Stato Bologna, *Reg. Grosso*, I, f. 207; copia Bibliot. Com. Faenza, ms. n. 49, p. 179; ed. (in parte) Mittarelli, col. 614; Savioli, *Ann. Bol.*, II, II, p. 349 (in parte); cf. Boehmer, *Reg. Imp.*, V, n. 12:56.

[2] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 229 v; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, II, II, p. 385.

[3] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 230; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, II, II, p. 388.

mini Odonis de Gislerlis, domini Ugolini de Primadizo, domini Petri de Carabona, domini Iohannis Poli de Corvis, iudicum Communis Bononie, domini Alberti de Gerardo de Gisla, domini Ugolini de Richardino, domini Petrizoli de Gerardo de Raimundino, domini Henrigitti de Garixindis, domini Iacobi domine Bulnixie, domini Ugolini de Bonacoxa, domini Iacobi de Petro Paulano, domini Cadigelle massarii, consulum et officialium Communis Bononie, Castenasii, Henrigiti de Glaeso, Naximpaxii, Restauri, notariorum Communis Bononie, et aliorum multorum, in pallatio Communis Bononie, in generali Conscilio eiusdem civitatis. Nos Albrigetus Pandemilio potestas Bononie pro nobis et vice et nomine Communis Bononie preceptum quod fecimus domino Thalamacio potestati et ambaxatoribus Faventinis pro se et vice et nomine Communis Faventie, et domino Iacobo potestati et ambaxatoribus pro se et vice et nomine Communis Forlivii, scilicet de treugua inter se et dicta Communia firma tenenda et de nulla offensione facienda inter se et dicta Communia in personis et rebus, illud confirmamus et prorogamus, usque ad kalendas ianuarii proximas, et exinde ad unum annum, precipientes eisdem potestatibus et ambaxatoribus qui nunc cum eis sunt, scilicet domino Mattheo de Capirone iudici, domino Tebaldo iudici, domino Peppo de Richamano, domino Ugoni de Domestico, domino Tederico Pizolo iudici, domino Tebaldo iudici, domino Guidoni de Rau[le] de Faventia, et domino Regolioso, domino Sanguinio, domino Iohanni de sancto Gosme iudici, domino Gilberto de Forlivo, pro se et vice et nomine Communium dictarum terrarum, treguam inter se et dicta Communia firmiter inviolabiliterque servandam, et quod inter se offensionem [non] faciant in personis vel rebus ullo modo; et quod nichil novi fiat per aliquam partium in curia vel extra curiam super his de quibus est compromissum et per me Gerardum notarium scriptum, usque ad predictum tempus. Reservantes nobis et successoribus nostris et Communi Bononie omnia precepta et arbitria et dicta seu lauda, unum vel plura, que facere vellemus nos et successores nostri et Commune Bononie dictis potestatibus et successoribus suis et ambaxatoribus et Communibus dictarum terrarum quandocumque et quociens-cumque vellemus vel vellent facere, usque ad predictum tempus. Omnia autem hec supradicta sic precipimus et observari mandamus et dicimus sub vinculo iuramentorum prestitorum et sub pena duo milia marcarum argenti. Interdicimus etiam omnibus notariis hec scribere, preter quam Gerardo notario nostro, cui hec scribere precipimus et ordinamus.

Actum in civitate Bononie, in predicto loco.

Ego Gerardus sacri pallatii notarius interfui et precepto suprascripti domini Albergiti potestatis Bononie scripsi [1].

XXXIII.

1219 maggio 16

In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo CC.XVIIII, tempore Honorii pape, inperatore non existente, die iovis XVI mensis madii ad intratam ipsius mensis, indictione VII, Faventie in domo domini Bonifacini iudicis, in presentia domini Petri presbiteri et capellani episcopi Turē, Martini scribani ipsius episcopi, domini Iacobi tesaurarii Vercellensis, Multoboni de Faventia, Romei Marcigonis de Bononia ac mei Balduini faventini notarii. Gerardinus de Gisso scindicus seu procurator sive actor Communis Bononie, prout apparebat per publicum instrumentum scriptum per manum Blanci notarii bononiensis, coram domino Iacobo scilicet episcopo predicto, appellavit in hunc modum: Ego Gerardinus de Gisso scindicus seu procurator sive actor Communis Bononie dico sententiam vestram, domine Iacobe episcope Turē, seu dictum sive preceptum factum potestati Bononie de comitatu Ymole restituendo et de banno et pena imposita potestati nomine Communis Bononie et ipsi Communi et de aliis preceptis que fecistis, dico nullum seu nullam, et si qua est, vel si quid est, ad dominum Federicum regem Romanorum et ad dominum papam appello et supplico et apostolos peto et instanter peto et iterum peto. Insuper predictam appellationem scriptam in quadam cartula predicto episcopo porrexit ut eam acciperet sive reciperet; et dominus episcopus predictam appellationem non recepit; dixit tamen ipse episcopus: Ego vellem quod appellatio ista valeret sive posset valere, amore hominum Bononie. Et dixit sic: Ego loquar cum domino marchione et respondebo tibi sicut fuerit respondendum. Et tunc Gerardinus sibi dixit sic: Ergo vultis quod iam reddam ad vos. Et episcopus respondit et dixit: Venias iam aliqua hora. Et tunc Gerardinus recessit a loco; et recursus fuit paulo post ad predictam domum, ubi ospitabatur predictus episcopus, et non invenit predictum episcopum, et quesivit ubi esset, et intellexit eum equitasse et ivisse, sive equitasse, versus Ymolam.

Ego vero predictus Balduinus faventinus notarius omnibus predictis interfui et appellationem et respon-

---

[1] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 230 *v*; Savioli, *Ann. Bol.*, II, II, p. 389.

sionem mandato predicti episcopi et omnia predicta rogatu predicti Gerardini scripsi.

Ego Petrus Pizolus Bolognoli domini Otonis imperatoris et Communis Bononie notarius, sicut scriptum est, vidi per manum Balduini faventini notarii, ita cripsi nec addens vel minuens, nisi signum quod non feci [1].

XXXIV.

1219 maggio 27

In nomine Domini. Anno eiusdem millesimo CC.XVIIII, die v exeunte madio, indictione VII, presentibus dominis Azolino Perticonum, et Guidone Guidonis Lambertini, et Graidano, et Godescalco confanoneriis militum, et dominis Cazanimico Porcuncini, et Rodulfino Guidonis Ungarelli, et Gilio de Seragoza, et Scimone Zenzani confanoneriis peditum, et dominis Federico Pascipauperis, et Guidocto Nauclerii, et Petro Ugolini Henrigiti, et domino Raimundino Zogoli potestate Cesene, et domino Alberto Porcuncini, et domino Lamberto Artenisie, et domino Albergito Ubertorum, et domino Falcone Mathei, et domino Lodoico et aliis quam pluribus. Albescentibus castris Bononiensium et Faventinorum circa Ymolensium civitatem, accesserunt in campum prope civitatem Ymole dominus Guido Aquavie, et dominus Rolandus Rambertini, et dominus Albertus Rampo, et dominus Biniellus, dominus Ugolinus Boncii, dominus Maurus, dominus Ugo Guicii, dominus Aginulfus, dominus Infangatus, dominus Tedericus Belomei, dominus Boccavidello, dominus Ugolinus Pinzanelli, dominus Alidoxius, dominus Cazaguerra, dominus Guido Aliotti, dominus Martignanus Truffi, dominus Zacharias, cives Ymole, ante presentiam domini Uberti iudicis et vicarii domini Henrici Comitis Bononie potestatis, et se ei obtulerunt nomine Communis Ymole, asserentes atque dicentes quod Commune Ymole, atque ipsi nomine Communis Ymole, volebant et volunt libere et sine aliquo tenore et sine aliqua carta sive pacto seu conventione, mittere se preceptis et comandamentis quot et quelibet potestas Faventie ac Faventini eis facere voluerint in personis vel rebus, et pro his omnibus observandis obligavit domino Uberto predicto, recipienti nomine potestatis et Communis Faventie, obsides omnes quos potestas habet ab Ymolensibus et eorum Commune.

Actum in campo extra Ymolam.

Ego Iustinianus notarius omnibus predictis interfui et, ut supra legitur, mandato dictorum scripsi [2].

XXXV.

1219 maggio 28

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo nono, die quarto exeunte madio, indictione VII, in pallatio Communis Ymole, presentibus domino Alberto Rampo iudice et domino Marcegono de Strata-maiore et domino Conmando de strata Sancti Stefani et iudice et notario potestatis Ymole; ibique dominus Guarinus de Sancto Vitale potestas Ymole vice et nomine Communis eiusdem hanc promissionem domino Marcicono et mihi Cambiolo Galfanii Communis Bononie tunc temporis existente notario fecit coram predictis et pluribus aliis: quod de voluntate et beneplacito ac mandato Consilii et Communis illius civitatis erat ut obsides, qui apud potestatem et Commune Bononie ab Ymolensibus erant assignati et dati pro Faventinis, retineri deberent, et quotienscumque de eorum fuerit beneplacito et voluntate ipsis dari et designari deberent, et ad faciendum omnem eorum voluntatem.

Ego Cambiolus Galfanii imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui et, ut supra legitur, rogatus scripsi [3].

XXXVI.

1219 novembre 7

Millesimo CC XVIIII, die iovis VII intrante mense novembris, indictione VII, Faventie in pallatio Communis eiusdem civitatis, in Conscilio credentie civitatis eiusdem ad sonum campane congregato, presentibus Balduino, Albertino, Mattheo, Ricivuto, Iacobo Guelfi et Martino tabellionibus Communis Faventie et aliis pluribus. Dominus Gallinus de Allate Faventie potestas et dominus Iohannes Thomai et dominus Ugolinus Manfredi iudices Communis Faventie, et dominus Guido Remengarde, dominus Aldob[r]andinus Francoli, dominus Melior Aliprandi, dominus Gibilinus, dominus Aldevrandinus Oddi, dominus Ildebrandinus Pape, dominus Iohannes Ysnardi et dominus Ugo Contadini officiales eiusdem Communis Faventie, de

[1] ARCHIV. STATO BOLOGNA *Reg. Grosso*, I, f. 242; ed. SAVIOLI *Ann. Bol.*, II, II, p. 406; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12571.

[2] ARCHIV. STATO BOLOGNA, *Reg. Grosso*, I, f. 242*v* e copia *Reg. Novo*, f. 79; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 137; ed. MITTARELLI, col. 614; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 407; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12576.

[3] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 243; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 408.

parabola et mandato totius Conscilii predicte civitatis Faventie, et illud Conscilium atque universi et singuli in ipso Conscilio existentes, quorum nomina inferius denotata sunt, nomine et vice Communis Faventie et pro ipso Communi Faventie promiserunt domino Iacobo de la Fratta et domino Rolandino Iohannis notariis ambaxatoribus Communis Bononie stipulantibus vice et nomine Communis Bononie et pro ipso Communi Bononie, liberare et exhimere atque conservare indempne Commune Bononie ab obligatione atque promissione quas ipsum Commune et potestas civitatis eiusdem vel aliquis seu aliqua persona pro ipso Communi seu nomine ipsius Communis faciet seu facient domino ... pro Communi Faventie vel occasione ipsius Communis, pro pignoribus MMM lib. bon. restituendis ipsis legatis vel Summo Pontifici, et eidem Communi Bononie refficere omne dampnum omnesque expensas que quasque patietur seu patientur ipsum Commune vel aliquis seu aliqui pro ipso, pro dicta obligatione atque promissione seu occasione ipsius obligationis vel promissionis, sub pena dupli totius dampni quod propter predicta vel ocasione predictorum Commune Bononie vel aliquis seu aliqui pro ipso Communi patientur vel passi fuerint ullo in tempore. Nomina predictorum de Conscilio Faventie qui predicta promiserunt hec sunt: Petrus Filgirardi, Deudatus Dominici Baronis, Theodericus Zebedei, Arpinus, dominus Andulfus, Petrus Pungitti, dominus Iohannes Guidoni, Medici, Mathiolus Petri Toscani, Ubaldus Anestaxii, Matheus Ubaldi, Guillielmus Guittonis medici, Milianus Iohannis Miliani, Corsolus, Parmexanus, Thomaxius, Iohannes Muntixelli, Acri, Compagnone, Lombardus, Rambertinus Revezoli, Guilielminus de porta Ravignana, Orlandinus Brunitti, Premartinus, Simon Alberti Fabri, Galganus, Iohannes Varus, Ugo Pevi, Ugolinus Salinguerre, Gerardinus Farulfi, Superbus de Foro, Bonabussa, Baldus Paganuzii, Sasittus de Foro, Teudricus Ysnardi, Nicholaus Bulzaga, Bulgarellus Thome, Guilielmus Gibelini, Teudricus de Marzano, Uspinellus Maii, Bulgarellus Andulfi, Boattolus Bruxatis Astincurte, Petrus Tuscanus, Ysnardinus, Farulfus Farioli, Matheus Superbi, Ugo Randus, Filippus Capistrarius, Leonardus Santerni, Ventura Butrigarius, Ingannamaiore, Rusticus de Foro, Guido Auliverii, Nichola de Tornainbene, Iacobus Gualtiroli, Iacobus Argulli, Dredanus, Iulianus Iohannis Sicci, Alciberius, Susaltus Calcagnoli, Thebaldus iudex, Davit Guidonis Bonzangni, Bondiolus quondam massarius, Salamon Gipsi, Ambrone Veritatis, Orlandus Ugolini Comitis, Guido Bonzangni, Teodericus Rubeus, Guillielminus Iohannis Mathei, Zorzius Peppi de Zorzo, Ungarellus Iohannis Thebaldi, Bernardinus Caminice, Albertinus tabellio, Ricomannus filius Peppi de Ricomanno, Iohannes Leulus, Multobonus Pipinelli, Guidutius Faber, Davit Paganutil, Pranditus, Iacobus Mathei, Iacobus Unganelli, Vexinus, Saracenus de Bidato, Henricus Gualberti, Beneveniens iudex, Fuscholus Pili, Palmerius Alberti, Ubaldus Peppi Ragni, Banbone, Guido Ugoli, Guastinellus Assalonum, Palmerius, Ubertinus Duniole, Peppus Riccomanni, Fenzolus Atolli, Palmirolus Davit Farulfi, Petrus Fancellus, Matheus Sapientum, Leo Aliprandi, Raimbertus Bulgarelli, Iohannes Thome, Bernardus Baldoli, Coradinus, Milanittus Milanisii, Fridiginus, Bencivenne tabellio, Leonardus Guidonis Sassi, Lambertus, Albertinellus Iohannis Thebaldi, Bruxatus, Raffolus, Iohannes Spiamelis, Bonaventura de Marciliano, Vitalis de Portanova, Theodericus Albertini Officie, Rigo Guittonis, Orlandolus Belini, Iohannes Ustexani, Guilielmus Iohannis Bunbe, Iohannes Feraldus, Vinciguerra Rainerii Sapientis, Rambertinus Lauterius, Ugo Bundioli, Orlandinus Albertini Ugitionis, Thedelgardus, Beneincasa Albericoli, Fulconus, Rodulfus Mercati, Bastianus Gilii, Ubaldinus Cancilerii, Oradeus Petri Manelle, Iacobus Zuffredi, Rodulfus de Tabelliis, Iacobus Riccifinus, Palmirolus domine Grane, Iohannes de sancto Bartholo, Albericolus Ottonis, Ungarellus Iohannis Thebaldi, Damianus Bulgari, Iacobus Butrigarius, Iacobus tabellio, Peppus Ragni, Zenzanome, dominus Aureus Sapiens, Rainerius Guidonis Albiciorum, Faffus de Mercato, Albertinus Ugitionis, Ugitio Guelfi, Farulfus Fulconis, Ubaldus de Podio, Farulfus Bastiani, dominus Thedericus Thomaxii, dominus Matheus Capironis, Rusticellus sartor, Iohannes Caffarelli, Vivianus Rigrinacii, Petrus Russus, Guido Bocatii, Zanzus Zoli, Brigatore, Guido Gaidinitti, Guido Venerii, Farulfus Gerardi, Rustigellus notarius, Berardinus tabellio, Ugo tabellio, Rambertinus tabellio.

Ego Zacharias imperialis aule notarius predictis omnibus presens interfui et rogatus, ut supra legitur, publice scripsi.

Eadem die et in eodem Conscilio et coram eisdem testibus, proposuit dominus Rolandinus supranominatus ambaxator Communis Bononie quod relatum erat potestati Bononie homines Faventie cum armis et hedifitiis esse circum castrum occupatum a filio domini Guillelmi de Malavolta et illud castrum obsidere, in quo dicitur esse filius domini Guillelmi de Malavolta; quod si verum esset, valde grave videretur et videtur Communi et potestati Bononie; maxime vero quia ex hoc Commune vel potestas Faventie nullum tractatum habuit cum potestate vel Communi Bononie, et nichil ex hoc sibi signifficavit; et quia potestas et Commune Faventie si gerit in aliquo molestum id quod factum est per filium domini Guillelmi de Malavolta de facto dicti castri, primo debuisse requisivisse potestatem et Commune Bononie[1].

---

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 305 *v*; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, II, II, p. 414.

XXXVII.

1220 agosto 15, 16

Anno Domini M.CC.XX, indictione VIII, tempore Honorii pape, imperio vacante, die XV mensis augusti, in dormitorio canonicorum Faventie. Ego quidem in Dei nomine Magister Tolosanus faventinus canonicus pro me meisque heredibus et successoribus iuris vel rei, per donationem inter vivos simpliciter et irrevocabiliter do et dono tibi Alberto faventine ecclesie preposito, recipienti vice et nomine ipsius ecclesie et Capituli faventini pro te tuisque successoribus, videlicet clausuriam meam terre et vinee positam in Roncaliis iuxta viam, Petrum Rubeum, Martinum Barbavarium. . . territorio faventino et plebe. Prefatam inquam clausuriam terre et vinee do et dono vobis cum introitu et exitu suo et cum omnibus infra et supra se quoquomodo constitutis omnibusque suis partibus; preterea do, cedo atque mando vobis omnia iura omnesque actiones, causationes, petitiones, vendicationes, querimonias, defensiones, obiectiones, exceptiones seu replicationes utiles et directas, reales et personales, que vel quas in dicta clausuria, vel ob dictam clausuriam seu eius occasione, adversus quamcumque personam quoquomodo habebam vel habere sperabam. Ita quod deinceps eam habeatis, agatis, exerceatis, defendatis, intendatis, vendicetis, conqueramini, obiciatis, excipiatis atque replicetis in iudicio et extra, uti ego possem, sive possideatis sive contra possidentem seu possidentes agatis: et te procuratorem vice et nomine sepe dicte ecclesie in rem tuam facio et constituo, retento michi usufructu in vita mea tantum, et salvo iure dominii. Hoc tibi facio pro amore Dei et remedio anime mee et Magistri Orlandi quondam fratris mei, qui hoc michi sepe et sepius dixit ut facerem pariter cum eo, et pro remedio animarum parentum meorum et fratrum; et etiam ego semper hoc facere disposui a multis annis retro. Et do tibi licentiam introeundi e existendi in possessionem dicte rei tua auctoritate. Et promitto ego supradictus Magister Tolosanus faventinus canonicus pro me meisque heredibus et successoribus iuris vel rei per stipulationem tibi Alberto faventino preposito, stipulanti vice et nomine prelibate ecclesie pro te tuisque successoribus, hunc contractum firmum ratumque tenere, et in ullo contra facere vel venire aliqua occasione vel ingenio, sub promissione pene a me tibi promisse C libr. ravennat., et pena soluta seu conmissa, omnia suprascripta maneant firma. A Theophylo faventino notario scripta, rogatu mei pretaxati Magistri Tolosani. Interfuere testes domini presbyter Iohannes, presbyter Hubaldus, Martinus, Nicholaus et Rodulfus Lucensis, faventini canonici, Iacobus tabellio, Iohannes hostiarius, Iohannes ministralis, Artulfus, Bonagurius. Et ego supradictus Theophylus faventinus notarius qui hunc contractum scripsi.

Anno Domini M.CCXX, indictione VIII, tempore Honorii pape, imperio vacante, die XVI mensis Augusti, in Roncalliis. Coram dominis Martino, Nicholao et Oddone faventinis canonicis, Dominico Attoli, Iohanne ministrali, et me Theophylo faventino notario, dominus Albertus faventine ecclesie prepositus, vice et nomine ipsius ecclesie et Capituli faventini, intravit in tenutam cuiusdam clausurie terre et vinee posite in Roncalliis, iuxta viam, Petrum Rubeum, Martinum Barbavarium, quam Magister Tolosanus faventinus canonicus ipsi preposito pro prenominata donavit ecclesia, et ipse dominus prepositus ipsius clausurie corporaliter possessionem apprehendit. Ego vero suprascriptus Theophylus faventinus notarius interfui et rogatu pretaxati domini prepositi suprascripta scripsi et in publicam formam redegi [1].

XXXVIII.

1220 settembre 21

Anno dominice incarnationis millesimo CC.XX, indictione VIII, die lune XI kalendas octobris, in episcopatu Mantue prope ecclesiam, in exercitu regali. Dominus Conradus Dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule Cancellarius ac totius Ytalie legatus auctoritate sue legationis approbavit et confirmavit preceptum quod mandato suo fecit, ut dixit ipse dominus Cancellarius et sicut continetur in chartula facta per Ziliolum notarium, Everardus de Lucri Petro Taurello potestati Faventie et ambaxatoribus, qui cum eo erant, nomine ipsius Communis, de absolutione et deliberatione fideiussorum et promissorum et pignorum obsidum Ymole super facto expensarum obsidum Ymole vel eorum occasione, et super facto restitutionis pecunie extorte ab ipsis obsidibus vel ab aliis pro eis, secundum quod continetur in alio instrumento facto per ipsum Giliolum notarium. Predictus dominus Cancellarius hanc cartam fieri iussit. Interfuerunt dominus Guillelmus episcopus Mantuanus, Mattheus de Corrigia, Gilius de domina Agnesia potestas Mutine, Gualfredus de Turricella, Iohannes de Regio et . . . de Tebaldis et . . . iudices curie testes.

Ego Lancellottus Ferrar. Papiensis imperialis aule notarius interfui et hanc cartam subscripsi [2].

---

[1] Archiv. Capit. Faenza.

[2] Archiv. Conti Macchirelli, Imola; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, II, II, p. 448; cf. Boehmer, *Reg. Imp.*, V. n. 12632.

XXXIX.

1222 gennaio 15

In Dei nomine amen. Hec [est] concordia et conventio facta inter dominum Gotefredum de Blanderata comitem Romanie ex parte una, et dominum Guiffredum de Pirovano Bononie potestatem nomine et vice Communis Bononie et ipsum Commune ex alia, videlicet: quod propter offensas et graves iniurias illatas ab Ymolensibus ipsi comiti pro Imperio et ipsi etiam Imperio et domino imperatori, tum propter destructionem Castri de Ymola, tum etiam aliis modis, placet domino comiti, et districte precipit idem comes, predictos Ymolenses in quantum fieri poterit ad ulciscendam iniuriam prelibatam, tam per se quam per universos qui ad hoc aspirare voluerint, pergravari; specialiter autem placet et districte precipit quod Bononienses et Faventini cum omni eorum fortia guerrizare incipiant predictos Ymolenses, et amo[do] eis in personis et rebus guerrizent quanto gravius poterunt et offendant in civitate et extra, quomodocumque poterunt, nec treuguam sive pacem vel guerram recredutam cum eis faciant vel habeant sine conscientia et mandato expresso domini imperatoris et comitis prelibati, nisi primo restituto sumptibus Ymolensium et refecto Castro Ymole et in pristinum statum per singula reducto, et nisi omnibus mandatis predicti domini comitis paruerint et ea pleniter observaverint. Item placet eidem comiti quod, si Ymolenses stare suis mandatis inceperint, faciet exire de civitate et suburbiis Ymolensium universos illos homines et personas que ibi habitatum intraverunt vel pro civibus seu habitatoribus item recepti a tempore citra quo dominus patriarcha Aquilegiensis pro domino Ottone Ytaliam intravit, in eadem civitate vel suburbiis non reversuros nec in eadem citadantia Ymole ulterius recipiendos. Item placet eidem comiti, et expressim affectat et dabit bona fide operam efficacem, quod Faventini restituantur in gratia domini imperatoris et cum eo concordent, et a banno liberentur cum honore domini imperatoris et comitis [et] eorumdem. Ipse vero comes vult et habet a se, et faciet ex certa deliberatione iam habita, quod eosdem Ymolenses guerrizare incipiet, et amodo guerrizabit in personis et rebus, in civitate et extra, ad ignem et sanguinem, et quantumcumque poterit gravius cum omnibus sibi subditis in Romania et omni fortia eius Romanie; nec cum eis faciet vel habebit guerram recredutam vel pacem seu treuguam sine conscientia et expresso mandato domini imperatoris, nisi primo restituto sumptibus Ymolensium et refecto Castro Ymole et in pristinum statum reducto per singula, et nisi paruerint omnibus mandatis dicti domini comitis et ea omnia pleniter observaverint. Item nec precipiet nec precipi faciet Bononiensibus vel Faventinis seu alicui eorum fautori, post quam ipsi Bononienses et Faventini guerrizare inceperint Ymolenses, quod eos guerrizare desistant nisi primo omnia et singula de predictis fuerint observata. Item Castro Ymole restituto ut dictum est, ponet dominus comes dictus in custodia illud Castrum Bononiensium et Faventinorum, etiam ipsis Faventinis liberatis a banno imperatoris, et in eorum custodia permittet, donec fuerit de voluntate domini imperatoris et ipsius domini comitis, salva omni sua iurisdictione et reditu ipsius loci; et bona fide, omni sofismate et pravo intellectu remotis, operam interponet quod domino imperatori placeat ut hec fiant et quod hec fieri non inibeat, salva in omnibus fidelitate domino imperatori et eius mandatis.

Predictam vero concordiam et conventionem observare et ratam habere et in omnibus adimplere, ut dictum est, corporaliter iuraverunt dominus comes predictus ex parte sua, et dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas sicut potestas et nomine Communis et pro Communi Bononie ex alia. Dominus vero Roffinus de Lodo iudex domini comitis dicti, dominus Guillielmus de Erbo sotius et miles eiusdem comitis, Prevede de Lodo notarius eiusdem domini comitis, dominus Otto de Bocca sotius et miles dicti comitis, iuraverunt ad sancta Dei evangelia quod, quousque fuerint in Romania pro comite vel ad servitium comitis, bona fide sine fraude operam dabunt quod omnia predicta et singula predictorum observentur et integra inpleantur; nec erunt in conscilio vel tractatu seu facto quod dominus comes predicta non servet et integre non adinpleat, nec dolum vel fraudem committent quominus per dominum comitem vel per eos hec omnia prelibata et quodlibet eorum adimpleri debeant sive possint.

Acta sunt hec omnia in sala palatii Communis Bononie millesimo ducentesimo vigesimo secundo, die quintodecimo intrante ianuario, indictione decima: presentibus domino Iohanne de Canova iudice domini Guiffredi predicti, domino Rogerio de Bolla eius sotio et milite, Guillielmo de Tamblaro familiari eiusdem domini Guiffredi, Casali mediolanensi, Iacobo Guelfi notario faventino, Tebaldo de Puzale et Lazaro de Burgo strate Sancti Stephani procuratoribus Communis, Pasquali de Seragoza, Beltramo veronensi, Maximo de Urbino, Montanario Zacharie de Gatto et Iacobo de Liliano notario Communis et aliis pluribus.

Ego Zacharias de Strata-maiori, imperialis aule et nunc Communis Bononie notarius, supradictis omnibus interfui presens et iussu predictorum comitis et potestatis, ut supra legitur, publice scripsi [1].

---

[1] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 423; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, III, ii, p. 19; cf. Boehmer, *Reg. Imp.*, V. n. 12818.

XL.

1222 gennaio 18

In Dei nomine amen. Hec est concordia et conventio inita inter Commune Bononie ex parte una, et Commune Faventie ex alia, videlicet quod Faventini iuramento simili se astringant et sint astricti Bononiensibus, et Bononienses Faventinis, quo dicti Bononienses se astrinxerunt, voluntate domni Leonardi potestatis Faventie et ambaxatorum eius, scilicet domini Albergitti, domini Arnaldi Camarini, domini Guidonis de Raule et domini Andulfi, ut ipsi idem confessi fuerunt domino Gotifredo de Blanderata comiti Romanie, secundum formam scriptam manu Zaccharie notarii, super facto guerre Ymolensibus faciende, et ceteris in eadem concordia comprehensis, eo acto, quod Bononienses sine Faventinis, vel e converso Faventini sine Bononiensibus, non debeant facere vel tractare pacem, treuguam, concordiam nec guerram recredutam cum Ymolensibus, nec inpetrare a comite Romanie vel ab imperatore, sive ab aliquo eius nomine, aliquam licentiam seu remissionem super predictis vel infra dicendis, set sinceram et veracem et continuam guerram contra dictos Ymolenses facere, secundum tenorem dicte concordie; et bona fide operam [dare] quod imperator et comes dictus hanc concordiam, et prefatam habitam cum domino Gutifredo comite Romanie, ratam et firmam habeant et teneant. Item quod Faventini atque Bononienses nullum acquisitum faciant, vel ammodo in futurum acquisitum retineant seu in civitate vel suburbiis sive toto eorum districtu esse sinant de hominibus civitatis Ymole, sive de hominibus vel terris episcopatus Ymole sive de ipsa civitate Ymole, absque voluntate expressa utriusque Communis. Et omnem utilitatem quam fecerint seu habuerint, communi utriusque Communis [voluntate] de predictis equaliter communem habeant et sortiantur, preterquam si quid in hoste vel cavalcata caperetur a Faventinis vel Bononiensibus; ita tamen quod, si Faventini haberent tot captivos quod redemptis suis sive redimendis sine fraude per canbium aliqui superarent vel superpassentur, teneantur eos dare Bononiensibus, si postulaverint, pro suis captivis redimendis, si eis necesse fuerit; et e converso Bononienses omni et eodem modo teneantur Faventinis. Item quod Bononienses et Faventini nullam licentiam aliquo ingenio, per se vel per alium, predicto comiti, vel alii pro eo, dabunt super eo quod se astrinxit vel astringet Bononiensibus vel Faventinis occasione predicte guerre, salvis in omnibus preceptis domini imperatoris et eius fidelitate; ita tamen quod ea occasione nullam utilitatem faciant Bononienses vel Faventini sine communi utriusque Communis voluntate, et salva in omnibus concordia veteri inter Commune Bononie et Commune Faventie cellebrata; eo etiam salvo quod, si quid huic concordie atque conventioni additum, diminutum vel mutatum fuerit voluntate utriusque Communis, de addito teneantur Faventini et Bononienses, de mutato sicut fuerit mutatum, de diminuto vero sint absoluti.

Predictam vero concordiam et conventionem ratam habere et in omnibus attendere et adimplere, ut dictum est, corporaliter iuraverunt dominus Leonardus Boccabadata potestas predictus Faventie sicut potestas et nomine Communis et pro Communi Faventie, et dominus Albergittus, dominus Arnaldus Camarini, dominus Guido de Raule et dominus Andulfus ambaxatores Communis Faventie et Iacobus Guelfi notarius Faventie ex parte una, et dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas sicut potestas et nomine Communis et pro Communi Bononie, et demum universi de Conscilio et qui [pro] Conscilio aderant ex alia.

Actum in pallatio Communis Bononie, in Conscilio credentie congregato ibidem mandato potestatis ad sonum campane more solito sine fraude, millesimo ducentesimo vigesimo secundo, die quarto decimo exeunte ianuario, indictione undecima, presentibus domino Iohanne de Canova iudice domini Guiffredi predicti potestatis Bononie, domino Rogerio de Bolla sotio et milite eiusdem domini Guiffredi, Iacobo de Puteo notario eiusdem domini Guiffredi, domino Bonacursio de Novi socio et millite dicti potestatis Faventie, et Beltramo veronensi, Iuliano Bresca, Iacobo de Liliano, Bonacossa Petri de Millano, Bolognitto Zanbonini, Bonavolle notario Communis Bononie.

Ego Zaccharias de Strata-maiori, imperialis aule et nunc Communis Bononie notarius, interfui predictis omnibus presens, et utrinque rogatus, ut supra legitur, publice scripsi [1].

XLI.

1222 giugno 17

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, universis per Lombardiam, Romagnolam et Marchiam Trivisii constitutis fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Per li-

[1] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 426; copia Bibliot. Com. Faenza, ms. n. 49, p. 141. ed. Mittarelli, col. 615; Savioli, *Ann. Bol.*, III, ii, p. 23; cf. Boehmer, *Reg. Imp.*, V, n. 12888 (sotto la data errata 1223).

teras celsitudinis nostre, quas generaliter transmisimus universis, ad audientiam vestram credimus pervenisse quod nos, de prudentia circumspecta et puritate fidei venerabilis Magdeburgensis archiepiscopi dilecti principis nostri fiduciam plenariam continentes, eum legatum statuimus, committentes ei in partibus ipsis plenarie vicem nostram. Inter alia siquidem que ipsius discretioni et prudentie in partibus ipsis ad honorem Imperii commisimus exequenda, negotium Ymolensium, quos post longas preces et supplicationes assiduas ad mandata nostra recepimus, sibi fuit specialiter a nostra maiestate commissum. Accepimus itaque ab eodem quod, cum per nuntium et literas nostras potestati et Communi Bononie sub debito fidelitatis et tenore gratie nostre dederimus in mandatis, ne in personis aut rebus dictos offenderent Ymolenses, eo quod ad mandata nostra rediissent iussioni nostre perpetuo parituri, dicti potestas et Commune Bononie ipsum nuntium nostrum ignominiose tractantes, cum minis et iurgiis turpiter eiecerunt, responsum aliud non prebentes quam contra Ymolenses manum extenderent graviorem, etsi nostram offenderint gratiam, nec facile repararent et in contemptum mandati nostri eos potentius et patentius aggravarent. Postmodum cum archiepiscopus memoratus eos per litteras et nuntium attente rogaverit quod, ob reverentiam precepti nostri et suarum precum supplicum intuitu, a lesione Ymolensium usque adeo se continerent donec suam ad partes ipsas prepararet accessum et inter eos concordiam procuraret, ipsi, licet literas recepissent, nuntium suum turpiter vinculatum verbis et factis contemptibiliter tractaverunt. Deinde quemdam clericum et subdiaconum suum cum literis suis ad ipsos Bononienses transmittere procuravit, quas cum post multa impedimenta et obstacula serio interiecta potestati Bononie obtulisset, eas ille recipere non curavit, sed verbis illum contumeliosis afficiens, quedam ignominiosa protulit in vulgari, que sine contumelia et iniuria Imperii nostri et ipsius principis et legati nostri explicare aliquatenus non possemus. Dictis ergo nuntiis sic ignominiose tractatis, adhuc alios meliores et honestiores, quos habere potuit, duxit ad eos dictus archiepiscopus destinandos, videlicet venerabilem archiepiscopum Ravenne, episcopum Faventinum et Petrum Traversarium fideles nostros, qui, ubi ad exercitum ipsorum Bononiensium propinquarunt, non sunt ausi ad eos accedere, certo timore timentes, sicut quidam amici eorum de exercitu venientes eis veraciter suggesserunt, eorum offensas et personarum pericula formidantes. Demum et comitem Gottifredum de Blandrato ire permisit ad eos, qui, satis ultra terminum expectatus, quatuor Bononienses ambaxatores et duos Faventinos secum adduxit, qui more suo coram eo plurima proponentes, nihil obtulerunt quod ad honorem Imperii pertineret. His sic peractis, ipsorum Bononiensium contumacem superbiam prefatus legatus multa patientia prosecutus, de consilio fidelium nostrorum Imperii qui cum eo presentes extiterant, bannum in Bononienses quinque millia marcarum argenti, et trium millia in Faventinos sequaces suos, sollempniter promulgavit, maiestati nostre supplicans ut bannum ipsum confirmare nostrarum literarum robore dignaremur. Nos ergo adtendentes ad hec et alia que ab ipsis Bononiensibus contra predictum legatum nostrum sunt temere attentata in obprobrium nostrum et Imperii perpetuo redundarent, si et ipsorum superbia non domaretur et bannum ipsius legati nostri ratum et solidum nostra serenitas non haberet, universitati vestre volumus esse notum nos bannum ipsum in eosdem Bononienses et Faventinos super predictis negotiis tam solempniter promulgatum, ratum habere et ipsum presentis pagine serie confirmare.

Datum in castris in obsidione Iati, xv kalendas iulii, indictione x [1].

XLII.

1222 settembre 4

In nomine Christi. Anno eiusdem M.CC.XXII, indictione decima, die dominico quarto intrante septembri, apud exercitum Faventie ad obsidionem Ymole una cum Bononie exercitu constitutum, presente domino Andalo de Carbonensibus, domino Guidone Tantidinari, domino Oseppo de Tuscis, domino Guidone Guidonis Lambertini, domino Guidone Alberici et aliis. Dominus Guifredus de Pirovano Bononie potestas habuit, recepit et impetravit licentiam, parabolam et absolutionem et liberationem a domino Leonardo Boccabadata Faventie potestate, de voluntate et conscilio quam plurium sapientum Faventie ibidem existentium, ut possit, remoto quolibet iuramento concordie, promissionis et conventionis vinculo vel ostaculo, audire, intelligere et tractare pacem vel concordiam ab illis vel cum illis qui dicere vel tractare sibi voluerint seu voluerit ex parte Ymole vel de voluntate Ymole, seu alio modo, inscio etiam potestate vel Communi Faventie; non tamen possit vel debeat aliquid ad finem vel complementum producere vel mandare, nisi iuxta tenorem et formam concordie et conventionis facte inter dominum Guifredum de Pirovano potestatem Bononie pro Com-

[1] Archiv. Arciv. Rav. F, n. 2121; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, III, ii, p. 25; cf. Boehmer, *Reg. Imb.*, V, n. 12811.

muni Bononie, et ipsum dominum Leonardum potestatem Faventie pro Communi Faventie; et versa vice dominus Guifredus de Pirovano potestas Bononie antedictus similiter eodem modo et per omnia licentiavit dominum Leonardum potestatem Faventie et plenam parabolam sibi attribuit in predictis, sicut dictus dominus Leonardus eidem domino Guifredo potestati Bononie supra fecit.

Ego Manzinus de Burgonovo, auctoritate imperiali et nunc Communis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et utriusque potestatis mandato in publicam formam redegi et scripsi [1].

XLIII.

1222 settembre 8-11

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Millesimo ducentesimo vigesimo secundo anno a nativitate eiusdem, regnante Frederico Romanorum imperatore semper augusto et rege Sicilie, indictione decima. Qualiter placuit potestati Faventie et Faventinis et domino Guitefredo de Blanderata comiti Romanie, quod concordia fieret inter Bononienses et Faventinos ex una parte, et Ymolenses ex alia, dum dicti Bononienses et Faventini existerent ad obsidionem Ymole, inferius declaratur.

Cum die iovis octavo intrante mense septembris dominus Guifredus de Pirovano potestas Bononie et dominus Leonardus Boccabadata potestas Faventie et dominus Coxus potestas Ymole, prope Ymolam a latere fluminis Salterni inter glaram et munitiones sive fossata civitatis Ymole cum de sapientibus dictarum terrarum omnium in colloquio extitissent, tractantes de concordia facienda inter Bononienses et Faventinos ex parte una, et Ymolenses ex alia, auditis hiis que Ymolenses, Bononienses et Faventini facere volebant, dictum fuit in fine dicti colloquii quod dicte potestates Bononie et Faventie, super hiis que Ymolenses dicebant, consilium deberent habere eisdem Ymolensibus responsuri. Illa vero que dicta fuerunt in concordia, (quam) Ymolenses facere volebant Bononiensibus et Faventinis, fuerunt ista, quia, dato quod quando in istis nominabantur Bononienses, intelligebantur Faventini, et quicquid dicebatur Bononiensibus, dicebatur Faventinis, Ymolenses volebant iurare precise et sine omni conditione attendere et servare omnia precepta potestatis Bononie, que et quot eis facere voluerit. Et expressim dictum est quod de foveis Ymole explanandis fieri debeat ad voluntatem dicti potestatis. Item quod Ymolenses de avere eorum ponere debeant et dare in aquisitis in districtu Bononie et Faventie tantum quantum videbitur potestati Bononie, et ad illos terminos quos ipsi dare et ponere possint ad arbitrium dicte potestatis statuendos et sicut eis preceperit. Item quod dabunt mercatum eorum utrique civitati, scilicet Bononie et Faventie; et quod facient ostes et sive exercitus et cavalcatas utrique civitati cum ab eis postulatum fuerit; et quod omni anno habebunt rectorem de una dictarum civitatum; et accipient et existent subdicti et obedient domino Guifredo de Blanderata comiti Romanie sicut alie terre Romanie, et insuper quod in aliis facerent ipsi comiti sicut preceperit eis potestas Bononie; et pro predictis autem servandis et faciendis volebant dare obsides ad voluntatem potestatis Bononie. Petebant et dicebant Ymolenses quod civitas Ymole ab inde deberet remanere in custodia et defensione utriusque civitatis, scilicet Bononie et Faventie. Item quod potestas non faceret eis preceptum de foveis explanandis, donec ibi sunt exercitus, ne gentes currerent ad rumorem in Ymolam et destruerent eam totam. Fuit dictum per potestatem Bononie, et datum intendere Ymolensibus, quod homines Bononie et Faventie nullo modo sustinerent quod homines Castri Ymole starent in Ymolam. Sapientes Bononie, qui predictis interfuerunt cum potestate Bononie, fuerunt isti: dominus Rambertinus, dominus Andalo, dominus Fredericus Pascipaupere, dominus Albertus Calvi, dominus Ioseph de Tuscis, dominus Balduynus de Zevenzone. De Faventia fuerunt ibi septem viri; de Ymola fuerunt ibi XVI vel XVII.

Quibus Ymolensibus separatis a colloquio positum fuit inter dictum potestatem Bononie ex una parte et potestatem Faventie ex alia, quod utraque caperet et haberet consilium super predictis, dicturus unus suam voluntatem alteri et sui consilii super predictis.

Post hec autem, die dominico undecimo intrante mense (septembris), in quodam campo a latere superiori exercitus Bononie ad obsidionem Ymole constituti, sito versus ecclesiam que dicitur ecclesia sancti Petri in Pitule, inter ecclesiam et exercitum, presentibus infrascriptis viris Bononiensibus et Faventinis, dictus dominus Guifredus potestas Bononie domino Leonardo potestati Faventie, de consilio [et] assensu sapientum Bononie ibidem astantium, declaravit voluntatem Consilii Bononie in predictis, dicens et instans domino Leonardo ut sibi domino Guifredo Consilii Faventie super hiis diceret et exprimeret voluntatem. Qui dominus Leonardus, deliberatione habita cum sapientibus Faventie qui ibidem aderant, respondit domino potestati Bononie, dicens quod erat de vo-

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Novo* (P. 1239) f. 59; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49 p. 149; ed. MITTARELLI, col. 616; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 29.

luntate Consilii Faventie quod supradicta concordia compleretur et sic Consilio Faventie placebat, assentiens et dans licentiam et parabolam nomine et vice sui et nomine hominum et Communis Faventie dicto domino Guiffredo, recipienti nomine suo et nomine et vice hominum de Bononie et Communis, ut procederetur in dictam concordiam faciendam et complendam, hec verba addiciendo: Hec facimus ad intendimentum quod homines Castri Ymole debeant exire de Ymola et desinere esse cives Ymole et reddire ad habitandum super possessionem eorum et specialiter in castellario Castri Ymole, quod habitare solebant, et quod ammodo non debeant redire Ymolam ad habitandum, nec esse cives Ymole; et quod domos, quas habent in Ymola, portabunt illuc. Et dominus Guiffredus respondit, de voluntate sapientum Bononie ibidem astantium, quod in hoc bene sequeretur eius voluntatem; adiecit tandem, si Consilio Bononie placuerit.

Sapientes autem, qui interfuerunt predictis, fuerunt isti: dominus Rambertinus Ranberti, dominus Andalo, dominus Fredericus Pascipaupere, dominus Albertus Calvi, dominus Rolandus de Guttifredis, dominus Albertus Munsi, dominus Iacopinus de Prindiparte, dominus Albertus Pavanisius, dominus Iosep de Thomaxio de Tuscis, dominus Baldoinus de Zevenzone, dominus Gilius de Pritone, dominus Auxelittus Ysnardi et alii plures preter infrascriptos de curia.

De curia interfuerunt isti: dominus Barufaldinus, dominus Michilutius de Albaris procuratores Communis Bononie, dominus Ugolinus de Primaditio iudex, dominus Iacobus de Crexentio iudex, dominus Rau de Bocca de Ronco miles iustitie, dominus Albertus Henrigitti Vitelle iudex, dominus Symon de Ubertis miles iustitie et plures alii.

Post hec vero sic acta, paulo post in eodem loco et die, et predictis omnibus presentibus, dominus Guttifredus de Blanderata comes Romanie accessum habuit ad colloquium prelibatum. Cui domino Guttifredo dominus Guiffredus de Pirovano potestas Bononie, nomine suo et nomine et vice Consilii et hominum Bononie et Communis et hominum Faventie, instantes ut eis diceret suam voluntatem si ei placebit ut dicta concordia conpleretur, petierunt ab ipso comite ut ipse daret eis licentiam et assentiret quod ipsi procederent in concordiam faciendam et conplendam, si ei placeret concordia prelibata. Qui comes dominus Guitefredus, habita deliberatione super predictis in campo predicto, respondit dictis potestatibus et sapientibus utriusque terre, qui ibi aderant, dicens quod, ex quo hominibus Bononie et Faventie placebat concordia, et sibi placebat et volebat quod conpleretur, et quod de iniuriis et molestationibus et dampnis sibi datis et illatis ab Ymolensibus volebat stare ad voluntatem potestatum predictorum et Communitatum utriusque terre; et sic dictis potestatibus, recipientibus sua vice et vice hominum et Communitatum utriusque terre, licentiam dedit, parabolam et assensum ut procederent in concordiam supradictam et eam ducerent ad effectum; adiciens hoc verbum: Hoc facio, volens ut michi detis Consilium generale, in quo volo me conpromittere in vobis et in Communibus Bononie et Faventie de iniuriis et offensionibus michi illatis ab Ymolensibus et dare verba mea. Et tunc dominus Guiffredus respondit ei dicens quod daret ei Consilium quandocumque vellet.

Ego Gerardinus de Gisso sacri pallatii et nunc Communis Bononie notarius interfui et scripsi [1].

XLIV.

1222 settembre 12

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Millesimo ducentesimo vigesimo secundo anno a nativitate eiusdem, regnante domino Frederico Romanorum imperatore senper augusto et rege Scicilie, indictione decima. Qualiter inter Bononienses et Faventinos ex una parte et Ymolenses ex alia dictum et actum fuit in firmamento concordie inter eos, inferius declaratur.

Cum die iovis octavo intrante mense septembris dominus Guiffredus de Pirovano potestas Bononie cum de sapientibus civitatis Bononie, et dominus Leonardus Buccabadata potestas Faventie cum de sapientibus Faventie, et dominus Coxus de Fabris potestas Ymole cum de sapientibus Ymole, a latere fluminis Salterni inter glaram et municiones sive fossata civitatis Ymole in colloquio extitissent, tractantes inter Bononienses et Faventinos ex una parte et ipsos Ymolenses ex alia de concordia facienda, et utrinque dictum esset sicut de partium processerit voluntate, tandem dictum fuit per ipsum dominum Guiffredum Bononie potestatem, quod ipse hac (*sic*) potestas Faventie supradictus conscilium haberent super hiis que dicta fuerant in colloquio prelibato ipsi domino Coxo Ymolensi potestati et Ymolensibus responsuris.

Cumque die lune duodecimo intrante mense septembris dominus Guiffredus et dominus Leonardus vellent super predictis domino Coxo Ymole potestati hac Ymolensibus respondere, dominus Guiffredus cum infrascriptis sapientibus Bononie, dominus Leonardus

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Novo* (P. 1239) f. 61; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 153; ed. MITTARELLI, col. 617; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 30; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12845.

cum infrascriptis sapientibus Faventie, et dominus Coxus cum infrascriptis sapientibus Ymole, ibidem, scilicet in predicto loco in quo aliud colloquium fuit, insimul extiterunt. Quibus omnibus convocatis et congregatis, dominus Guiffredus predictus adversus dictum dominum Coxum et Ymolenses, et eis verbis huiusmodi usus fuit: Et ea que dicta sunt inter nos sunt ista, scilicet: quod Ymolenses in ea quantitate que nobis videbitur, scilicet mihi et potestati Faventie, iurabunt attendere et servare omnia precepta que eis fecerimus et que Communitates utriusque terre eis fecerint, in quo loco nobis placuerit, precise, sine omni conditione et tenore. De foveis Ymole explanandis fiet ad nostram voluntatem et sicut preceperimus. Guerram et pacem facient homines Ymole quibus placuerit Communitatibus utriusque civitatis, scilicet Bononie et Faventie. Exercitus et cavalcatas facient Ymolenses utrique terre, scilicet Bononie et Faventie, ad eorum voluntatem, scilicet Bononie et Faventie. Suarum rerum toto tempore tenebunt merchatum apertum Bononie et Faventie. Stabunt de bannis merchati ad illa banna ad que stabunt Bononia et Faventia. Bannitos Bononie et Faventie volumus ex nunc habituros moram in Ymola; de hominibus Castri Ymole, qui proditores et deceptores extiterunt, volumus quod fiat ad nostram voluntatem, et non essent contenti homines Bononie et Faventie quod ipsi starent in Ymola. De habendis rectoribus homines Ymole parebunt voluntati hominum Bononie et Faventie de cetero. De avere eorum ponent et mittent in districtum Bononie et Faventie in acquisitis ad nostram voluntatem. Domino Gutifredo comiti Romanie existent subditi et fideles, sicut alie terre Romanie; et insuper providebunt eidem in facto averis et in obsidibus Romanie quos ipse petit, sicut preceperimus et nobis videbitur. Obsides volumus ad nostram voluntatem pro predictis servandis. Hec omnia expediunt fieri, si vobis placet quod concordia fiat.

Super quibus responsum fuit ex parte Ymolensium, et demum dictum fuit ex parte eorum quod omnia, sicut dixerat dominus Guiffredus, volebant et sic intelligebant, addiciendo quod volebant quod civitas Ymole in custodia et guardia Bononie et Faventie deberet remanere et stare.

(Sequuntur nomina obsidum, nec non sapientum Bononie, Faventie et Imole).

(De Faventia interfuerunt isti: dominus Albertinus Uguitionis, dominus de Domestico, dominus Albergittus, dominus Guido Accharixii, dominus Ambronus, dominus Raul Zanbraxii, dominus Matheus de Capirone, dominus Andulfus iudex, dominus Guido de Marzano, dominus Guido Rambertini, dominus Nicholaus Guidonis Donisse).

Ego Gerardinus de Gisso, sacri palatii et nunc Communis Bononie notarius, predictis interfui et scripsi.

XLV.

1222 settembre 13

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die tertio decimo intrante septembri. Cum dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas, dominus Leonardus Boccabadata Faventie potestas et dominus Coxia de Fabris Ymole potestas, una cum domino Zanne suo iudice, domino Alidosio de Massa, Zanne Guidonis tabellionis et cum quibusdam aliis de Ymola, convenissent in unum, idem dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas, data sibi licentia et parabola a domino Leonardo potestate Faventie dicendi et petendi pro utroque Communi Bononie et Faventie, hac (*sic*) si in persona propria loqueretur, uterque dixit eidem domino Coxie et petiit ab eodem, sicut a potestate Ymole, ut in contione cellebri Bononie hodie congreganda ipse dominus Coxia sicut potestas, pro honore civitatis Bononie et Faventie et pro bono statu Communis Ymole et pro pace et concordia componenda et finienda inter ipsa Communia Bononie et Faventie ex una parte et Commune Ymole ex altera, precepta utriusque Communis Bononie et Faventie iuraturus attendere adesset, hominibus omnibus de Conscilio Ymole et centum aliis de mellioribus Ymole sine illis, precepta similliter eadem iuraturis. Dominus vero Coxia potestas Imole prelibatus respondit se non venturum neque ullo modo accessurum, dicens se nolle nec sperare neque intentionem suam esse ipsum amplius regimen gubernare, nec eo ullatenus perpotiri.

Subsequenter autem dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas respondit et dixit, quod nec esset conveniens nec honestum quod se, ante sue regiminis completum terminum, removeret vel a regimine sue disceederet civitatis, et quod hoc non placeret Communi Bononie neque Communi Faventie, videlicet quod recederet nisi completo termino sui regiminis constituto; immo utriusque civitatis Commune paratum erat sibi conferre in omni eo quod possit per totum tempus sui regiminis antedicti, et neutri Communi placebat quod possit aliquid vere dici vel suspicari quod minus bene, minus curialiter vel minus honeste versus ipsum in

[1] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 434 *v*, copia Bibliot. Com. Faenza, ms. n. 49, p. 161; ed. Mittarelli, col. 620; Savioli, *Ann. Bol.*, III, ii, p. 33; cf. Boehmer, *Reg. Imp.*, V, n. 12846.

aliquo se gessisset, et quod nollebant ut de iuramento predicto nisi per totum tempus sui regiminis teneretur. Cui dominus Coxia Ymole potestas irato respondit et dixit, quod paratus erat, et paratum se obtulit, unum publicum instrumentum et plura facere fierique precipere, quod a se et sua deliberatione et certa scientia habere ipsum regimen nolebat, et voluntate spontanea recedebat non invitus, et quod sibi omnimode dimittere placebat et id penitus regimen recusabat.

Ad hec dominus Alidoxius de Massa de civitate Ymole, omnibus audientibus, patenter respondit quod intenctio et voluntas erat Communis et hominum Ymole ut de Bononia et Faventia ammodo deberent habere rectorem, non expectantes finem vel terminum regiminis domini Coxie prelibati. Dicto cuius et responsioni omnes alii de Ymola ibi presentes acquieverunt, non contradicentes neque in aliquo resistentes.

Utique cellebrata et acta sunt hec in quodam canpo iuxta litus Santerni, a latere porte de Aldrovandis civitatis Ymole, domino Ursolino de Ursis et domino Rolando de Guitofredis de civitate Bononie iudicibus, domino Ragno et domino Andulfo de civitate Faventie iudicibus ibidem abstantibus et presentibus.

Ego Manzinus de Burgo-novo, auctoritate imperiali et nunc Communis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et mandato dictorum potestatum in publicam formam redegi et scripsi [1].

XLVI.

1222 settembre 13

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die martis tercio decimo intrante septembri. In publica contione hominum civitatis Bononie et districtus hostiliter circha Ymolam consistentium, tubis pulsantibus et preconibus Communis Bononie ibidem clamantibus congregata sub vexillo karoccii Communis Bononie in canpo qui dicitur Braida, inter stratam publicam, ab Ymola versus Bononiam discurentem, et angulum seu cantonem fossati civitatis Ymole superius, apud domum domini Guidonis de Aquavia. Nos Odericus de Nordiglo etc. [*sequuntur nomina Ymolensium*] nomine nostro et Communis Ymole et omnium et singulorum hominum Ymole, promittimus vobis domino Guiffredo de Pirovano Bononie potestati, nomine et vice Communis Bononie recipienti, et vobis domino Leonardo Boccabadate Faventie potestati, nomine et vice Communis Faventie recipienti, stare, parere et obedire omnibus et singulis preceptis, et attendere et observare omnia et singula precepta que et qualia et quotcumque nobis vel nostro Communi feceritis per vos vel per vestros nuntios pro vestris Communibus seu nomine vestrorum Communium, vel Communia vestra fecerint semel vel pluries; et promittimus agere facere quod dictum Commune Ymole, et omnes et singuli homines Ymole singulariter et universaliter, vestra precepta, et a vestro Communi vel Communibus facta vel facienda per vos vel vestros seu vestri Communis nuntios seu Communium vel literis, attendent firmiter et observabunt atque parebunt et obedient eis pure sine ullo tenore; hoc acto et specialiter facto ut, omnis iuris solempnitate remota, possitis precipere et precepta facere in personis et rebus, in diebus ferriatis et non ferriatis, et expressim diebus feriatis renuntiamus; item sedendo et stando, in scriptis et sine scriptis, a nobis et Communi Imole et omnibus et singulis hominibus Ymole attendenda et observanda; et hec agere et attendere vobis, pro Communibus vestris recipientibus, promittimus sine ullo tenore pure. Promittimus etiam agere facere et curare quod dictum Commune Ymole et omnes et singuli homines Ymole ea attendent pleniter et servabunt, et eis obbedient et parebunt, sive nobis presentibus sive absentibus facta fuerint. Item confitemur, et rei veritatem talem esse asserimus, quod hec facimus et promittimus nostra spontanea voluntate, sine aliqua coactione et sine aliquo metu personarum vel rerum. Et si quid ius contra vos vel vestra Communia seu contra alterum vestrorum Communium, occasione metus vel violentie seu dampni vel iniurie illatorum vel datorum in personis et rebus a vobis vel vestris Communibus vel ali[cui] singulari persone vestrorum Communium vel alie persone vel personis de parte vestra vel alio modo haberemus vel habere possemus seu speramus, vobis pro vestris Communibus et nomine vestrorum Communium pacto remittimus, facientes vobis pro vestris Communibus et omnibus et singulis de parte vestra finem perpetuum, refutationem et pactum de non petendo pro nostro Communi et nobis et pro omnibus et singulis hominibus de Ymola et de parte Ymole et pro singulis domibus et habitatoribus Ymole. Et hec omnia promittimus attendere et servare sub pena duorum millium librarum auri in singulis capitulis, sepius committenda et exigenda et ab utroque dictorum Communium per se in solidum exigenda; et, pena soluta, omnia et singula supradicta in sua permaneant firmitate, et sub obligatione nostrorum bonorum et no-

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, p. 436 *v*; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 166; ed. MITTARELLI, col. 621; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 35; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12847.

stri Communis et omnium et singulorum hominum Ymole.

Item sub eadem pena promittimus non appellare nec contradicere dictis preceptis vel a dictis preceptis vel ab aliquo predictorum faciendorum vel aliqua persona, nec etiam absolutionem petere; et omnia et singula et precepta facta vel que fient nobis vel nostro Communi vel singularibus personis Ymole per vos predictos potestates, pro vestris Communibus vel nomine vestrorum Communium vel per predicta omnia, iuramus et observare et operam pro posse dare ut perpetuo firma et rata habeantur et serventur per nos et alios homines Ymole. Et hec omnia facimus et promittimus ex certa scientia, volentes ad pacem et concordiam venire de guerris, dampnis et iniuriis a nobis vobis illatis; et omnes securitates, quas a nobis in personis et rebus petitis, vobis dabimus et faciemus; et specialiter iuramus attendere et observare omnia et singula precepta que nobis vel nostro Communi feceritis vos, domine Guiffrede de Pirovano Bononie potestas, et vos, domine Leonarde Faventie potestas, super facto domini Gutifredi de Blanderata Romanie comitis imperiali auctoritate. Item iuramus, et verum est, quod nec promisimus neque convenimus vobis potestati nec alicui vestrum, nec alicui vestro familliari, nec alicui de mundo pro vobis, nec etiam alicui de civitatibus vel districtibus Bononie vel Faventie, aliquod servitium, regimen vel precium seu aliud munus pro predictis vel occasione predictorum, et si fecimus, promisimus vel convenimus, seu spem vel intendimentum dedimus, vel si tractatum super hiis vel mentionem habuimus, vel alium fecisse vel habuisse scimus, publice et palam statim et in concione presenti proferemus et dicemus, et si modo non scimus, sed sciturі sumus quam citius sciemus, publice manifestabimus et dicemus in Conscilio utriusque civitatis Bononie et Faventie.

Ego Manzinus de Burgo-novo, auctoritate imperiali et nunc Communis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et mandato dictorum potestatum etiam Imolensium in publicam [formam] redegi et scripsi [1].

XLVII.

1222 settembre 13

In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die martis terciodecimo intrante septembre. In contione publica hominum civitatis et districtus Bononie hostiliter circha Ymola stantium, tubis pulsantibus et preconibus Communis Bononie clamantibus congregata, dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas pro Communi Bononie et Communi Faventie, data sibi licentia et parabola a domino Leonardo Boccabadata potestate Faventie precipiendi et dicendi pro Communi Faventie, precepit omnibus hominibus de Ymola, qui in ipsa contione iuraverunt, ut hodie per totam diem centum quadraginta homines de melioribus et potentioribus Ymole, ita quod in eorum numero non sint alii qui pueri, immo homines potentes in armis, pro obsid[ibus] dent et dare debeant Communi Bononie et Communi Faventie. Item ut relaxent et dimittant omnes captivos quos habent, vel habuerunt occasione guerre, Bononienses vel Faventinos a tempore ipsius guerre citra vel in spatio ipsius guerre, receptis tamen ab eorum quolibet primo pensione captionum et collecta que eis pro singulis diebus usque ad hodiernum diem placuerit et videbitur, salvis semper omnibus preceptis in futurum faciendis.

Ego Manzinus de Burgo-novo, auctoritate imperiali et nunc Communis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et mandato dicte potestatis in publicam formam redegi et scripsi [2].

XLVIII.

1222 settembre 15

In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die quintadecima intrante septenbri, ante portam de Aldrobandis Ymole, apud litus Santerni. Cum dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas assotiatus domino Rambertino Ramberti, domino Andalo de Carbonensibus, domino Rogerio de Bolla suo millite, domino Federico Pascipoveri, domino Rolando de Guitifredis, domino Iuliano Petri Vituperati, domino Alberto Munsi, domino Symoberto, domino Aimerico Zoene et aliis pluribus; et dominus Leonardus Boccabadata Faventie potestas assotiatus quibusdam sapientibus Faventie, et dominus Guitifredus de Blanderata auctoritate Inperiali Romanie comes, et dominus Mar-

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 436 v; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 170; ed. MITTARELLI, col. 622; SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 37; cf. BOEHMER, *Reg Imp.*, V, n. 12848.

[2] ARCH. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 439; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 37.

tignanus Porrettini, Hugolinus Bonzii, Petrizanus Bonbaroni et Iohannes Bulgarelli Ymole rectores, simul in colloquio extitissent, assotiatis existentibus dictis rectoribus hominibus de Conscilio Ymole et pro Communi Ymole infrascriptis, dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas, data sibi licentia et parabola a domino Leonardo potestate Faventie precipiendi [et] dicendi pro utroque Communi Bononie et Faventie tanquam potestas uterque in persona propria loqueretur, ad honorem, decus et servitium imperii et imperatoris et domini comitis Romanie supradicti pro imperio dixit, precepit atque mandavit predictis rectoribus Ymole, pro se et Communi Ymole et infrascriptis de Ymola pro eis similiter et Communi, ut hinc ad festum sancti Michaelis predictos homines, qui fuerunt de castro Ymole et qui ab imperii servitio disceserunt, de civitate Ymolensi expellant et eius iurisdictione, cum personis et rebus et domibus eorum et generaliter cum omnibus suis bonis, ita quod deinde ad mercadantiam vel habitationem non admittantur neque recipiantur; et ipsos in suis possessionibus et terreno iamdicti Castri Ymole stare et sua habitacula reficere sinant et ad servitium inperii paciantur totis temporibus remanere, ad voluntatem Romanie comitis prelibati. Item pro utroque Communi precepit eisdem ut, pro honore et decore inperii, inperatoris et domini comitis pro imperio, iurent et iurare debeant fidelitatem dicto domino comiti, sicut Forlivienses, Cessenates et Ravennates debite iuraverunt, et ei in omnibus obbedientes existant et pleniter obbediant.

Subsequenter vero, ipso domino comite a dicto colloquio separato, dominus Guiffredus de Pirovano potestas Bononie pro utroque Communi Bononie et Faventie precepit eisdem, quatinus hinc ad festum sancti Michaelis proximum eorum civitatis foveas divulserint, destruxerint, splanaverint et in planum deduxerint ab omni parte et per quemlibet locum cuiuslibet partis circuitus Ymole civitatis, et perpetuo plane et in planum deducte consistant, ita quod nullo modo refitiantur nec reffici possint, immo ipsa civitas sine fossatis et ripis existat. Item precepit ut portas omnes civitatis Ymole parent et paratas die crastina habeant, dampdas utrique Communi Bononie et Faventie, salvis semper et isto precepto de foveis explanandis in prorogando termino supradicto et omnibus aliis que fient vel facta fuerint in futurum.

Post hec quidem dominus Martignanus Porectini rector Ymole, de voluntate aliorum predictorum rectorum et subsecutis etiam deliberatione et conscilio infradictorum et predictorum rectorum Ymole, omnia predicta precepta et reservationem aliorum que fient, approbavit, emollogavit atque confirmavit, et se et alios paratos et suum Commune optulit ad observationem ipsorum, et quod predicta servabuntur et plene attendentur respondit. Nomina vero illorum qui cum dictis rectoribus Ymole affuerunt pro Communi Ymole et de mandato et voluntate quorum predicta sunt acta, sunt ista: dominus Cavaza, Vivianus de Plebanis, dominus Framisinus, dominus Hugolinus Bordelle, dominus Ugolinus Petri Bosii, dominus Alidosius de Massa, dominus Bencevenne Boccadeferri, dominus Aghinulfus domine Beatrixie, dominus Peregrinus Pizoli, dominus Biniel, dominus Pixanus, dominus Iacobus Henfangati et alii. Item dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas precepit domino Martignano Porettini, domino Hugolino Bonzii, domino Petrizano Bonbaroni et domino Iohanni Alberti de Bulgarello rectoribus Ymole, ut obsides quos habent de Romania salvent et salvos habeant atque curent et custodiant et illos quos dicebant se non habere set primo habuerint, reinveniant et optime cum aliis custodiant atque curent.

Ego Manzinus de Burgo-novo, auctoritate imperiali et nunc Communis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et mandato prefatarum potestatum in publicam formam redegi et scripsi [1].

XLIX.

1222 ottobre 10

In nomine Christi. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die decimo intrante octubri, in solario quod est ante hostium sale pallatii Communis Bononie a latere mane, presentibus domino Bertolotto Zuccha et domino Uberto militibus domini Gutifredi de Blanderate Romanie comitis, domino Rogerio de Castegnanica iudice domini Guiffredi de Pirovano Bononie potestatis. Dominus Gutifredus de Blanderate Romanie comes dixit et de beneplacito suo processit ut dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas et dominus Leonardus Boccabadata Faventie potestas laudent, dicant, precipiant et arbitrentur inter dictum dominum comitem et Comune seu homines Ymole super omni facto bannorum datorum a dicto comite contra dictum Comune Ymole et homines Ymole, et super facto omnium iniuriarum et gravaminum que ab Ymolensibus quoquo modo recepit vel substulit. Qui dominus comes expresse dixit et voluit ut predicti potestates, quod hodie facturi et prolaturi sunt, non debeant amplius dicere vel laudare, precipere seu arbitrari super predictis vel super alio aliquo, nec ratione conpromissi in eos pote-

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 439; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 39; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12849.

states vel eorum Communia facti, nec alia qualibet ratione vel occasione, et expressim renuntiavit conpromisso, salvo eo quod modo vel hodie dicturi sunt ipsi potestates, et salvo senper facto obsidum Romanie qui sunt vel esse debent apud Ymolam, super quo vel de quo nil dicatur nec dici debet, set remaneat in eo statu ut nunc est; ita etiam quod predicti potestates, nec eorum alter, debeant dicere in illo facto neque a Comunitate requiri ut dicant. Quibus omnibus sic peractis, dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas cum predictis omnibus confestim salam pallatii introivit, et surgens contionando sic dixit: Placet vobis, domine comes, et vobis rectoribus et ambaxatoribus Ymole, ut nos et potestas Faventie debeamus inter vos laudare et arbitrari sicut nobis videbitur et intelleximus a vobis, domine comes, et a vobis rectoribus Ymole, scilicet Hugolino Boncii, Martignano Porettini, et a vobis ambaxatoribus, scilicet Alberto Ranpo et Mauro de Arsis [et Guidone Aliotti] quod obsides Romanie, qui sunt vel esse debent apud Ymolam et pro inperio sunt et pro imperio detinentur, super quibus, vel facto quorum, nichil modo dicemus nec unquam, set prout sunt et esse dicitis, sic remaneant et existant ad voluntatem domini nostri imperatoris et comitis? Dicto cuius dictus comes et dicti rectores et ambaxatores Ymole acquieverunt.

Ad hec confessi fuerunt Hugolinus Boncii et Martignanus Porrettini rectores Ymole, Albertus Ranpus, Maurus de Arsis et Guido Aliotti se esse pro Communi Ymole et ambaxatores Ymole super audiendo et attendendo omne id quod potestas Bononie et potestas Faventie laudaverint et dixerint super facto dicti comitis.

Quibus omnibus sic peractis, dominus Guttifredus de Blanderate Romanie comes remisit et finem et refutationem atque remissionem fecit domino Hugolino Boncii et domino Martignano Porettini rectoribus Ymole et pro Communi Ymole recipientibus et stipulantibus, et Alberto Ranpo, Mauro de Arsis, Guidoni Aliotti ambaxatoribus Ymole similiter pro Communi Ymole stipulantibus, de omnibus bannis, iniuriis et gravaminibus que sibi vel eis dederat et que ab eis substulerat vel passus fuerat, et de omnibus dampnis datis tam de destructione Castri Ymole quam alia quacumque occasione, salvo senper facto obsidum Romanie, qui sunt vel esse debent apud Ymolam, super quo nichil dicitur, set ita remaneat prout est, et salvo eo quod potestas Bononie et potestas Faventie laudaturi et dicturi sunt predictis ambaxatoribus et rectoribus Ymole pro eis et Communi Ymole de aliqua quantitate vel summa peccunie dampda a dicto Communi solvenda predicto domino comiti, ob quam non intelligitur terminari nec terminatur factum obsidum predictorum. Et versa vice predicti rectores et ambaxatores Ymole pro eis et pro Communi Ymole remiserunt eidem domino comiti et finem hac (*sic*) refutationem sibi fecerunt de omni iniuria vel gravamine quod vel quam eis intulit vel dicto Comuni aliqua occasione seu ob dampna data seu ob aliam quamlibet causam, promittentes pro se et dicto Communi comiti prelibato per stipulationem non contra venire vel facere; et istius tenoris facta sunt, et precepta fieri, plura instrumenta.

Post autem dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas de assensu et voluntate domini Leonardi potestatis Faventie adstantis ibidem, et domini Raulis Zanbraxii et domini Ragni ambaxatorum Faventie pro Communi Faventie existentium ibidem, et de voluntate et consensu et beneplacito domini Gutifredi de Blanderate Romanie comitis dicentis se velle ut dictus potestas Bononie laudaret et arbitraretur inter eum et Ymolenses sicut sibi potestati placuerit, salvo semper facto obsidum Romanie qui sunt vel esse debent apud Ymolam, in quo, pro quo vel de quo nichil modo tangitur vel tangi debet, et de voluntate rectorum et ambaxatorum Ymole predictorum promittentium dicto domino Guiffredo potestati Bononie, pro se et potestate Faventie et pro utroque Communi stipulanti, stare et parere, et quod Commune Ymole stabit et parebit omni eo quod dixerit et preceperit super predictis, et salvo etiam facto obsidum ut dictum est, et confitentium se compromisisse in ipsos potestates super facto domini comitis ut possint precipere quidquid velint in scriptis et sine scriptis; certiorando dictos rectores et ambaxatores Ymole quod, id quod laudabit, precipiet et arbitratus fuerit super predictis, non dicet, proferet vel laudabit quominus alia omnia et singula precepta facta vel facienda debeant adimpleri, et illud specialiter quod factum est de hominibus et Castro Ymole; et expressim dicendo, quod quicquid laudaverit, dixerit, preceperit vel fuerit arbitratus, non deroget vel preiudicet aliis preceptis factis vel faciendis, dixit, precepit, laudavit et arbitratus fuit sedendo: ut Comune et homines Ymole dent ac dare et solvere debeant dicto domino comiti duo millia et centum libras bon., quarum solutionem taliter fieri precepit, scilicet a die crastina ad quindecim dies mille libras solvi; a die crastina ad tres septimanas alias mille et centum libras solvi et exiberi, salvis senper omnibus et singulis preceptis faciendis, et salvo facto obsidum Romanie qui sunt vel esse debent apud Ymolam, super quo nichil dicitur, set sicut nunc est ita remaneat et existat ad voluntatem domini imperatoris et comitis.

Ego Manzinus de Burgo-novo, auctoritate imperiali et nunc Communis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et mandato dictarum potestatum, rectorum, ambaxatorum et comitis predicta omnia in publicam formam redegi et scripsi [1].

---

[1] Archiv. Stato Bol., *Reg. Grosso*, I, f. 410; ed. Savioli, *Ann. Bol.*, III, ii, p. 41, cf. Boehmer, *Reg. Imp.*, V, n. 12851.

L.

1222 novembre 18

In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die decimo tercio exeunte novembri, in sala pallatii Communis Bononie, presentibus domino Rogerio de Castegnanica iudice potestatis, domino Iacobo Crescentii iudice Comunis Bononie, domino Simoberto de Ubertis, domino Guilielmo Pritoni iustitie consulibus et aliis. Dominus Guiffredus de Pirovano Bononie potestas cum offerentur sibi litere citatorie ex parte dominorum abbatis Nonantule, abbatis sancti Prosperi de Regio et archipresbyteri Regini, de facto domini archiepiscopi Magdeburgensis, ante ipsas literas receptas, pro se et Comuni Bononie, ad summum Pontificem et dominum imperatorem Romanorum appellavit ab omni precepto vel mandato, quod sibi vel Communi Bononie fieret vel fieri posset; subsequenter autem post receptionem literarum earumdem, similiter ad summum Pontificem et ad serenissimum dominum Fredericum Dei gratia Romanorum imperatorem et senper augustum pro se et Comuni Bononie appellavit. Que siquidem litere presentabantur per quendam cursorem, qui Rubinus nomine dicebatur.

Ego Manzinus de Burgo-novo, auctoritate imperiali et nunc Comunis et potestatis Bononie notarius atque scriba, predictis affui et mandato dicti potestatis in publicam formam redegi et scripsi [1].

LI.

1222 novembre 21 (o dicembre 22)

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Millesimo ducentesimo vigesimo secundo anno a nativitate eiusdem, regnante domino Frederico Romanorum imperatore semper augusto, die decimo exeunte mense novembri (?), indictione decima; in pallatio Communis Bononie, in camera potestatis Bononie, presentibus domino Guillielmo Gilii Pritonis, domino Bartholomeo de Principibus militibus iustitie, domino Azone Aioli, domino Benvenuto de Zanzo Fabro iudicibus Communis Bononie, domino Iacobo domini Macagnani de Macagnanis milite iustitie, domino Palmerio de Terrafagolis iudice Communis, domino Michiluzio de Albaris procuratore Communis Bononie, domino Bolgarello Andulfi de Faventia, domino Zanthoma de eadem terra et domino Iacobo Flacaseralio tabellione de Faventia. Dominus Guiffredus de Pirovano potestas Bononie et dominus Leonardus Boccabadata potestas Faventie dederunt licentiam Martignano de Porrittino et Ugolino Boncii consulibus Ymole et Bonavinture Zanni Mazi et Bartholo de Albaxiis de Ymola, recipientibus nomine Communis Ymole, ut pro anno et in anno futuro proxime sequenti Commune Ymole habeat et accipiat rectorem undique habere et accipere vult, excepto de Bononia et de districtu Bononie et de Faventia et de districtu Faventie; eo salvo et addito et premisso quod ex tunc, scilicet a proximo anno futuro predicto sequenti, Commune Bononie et Bononienses, et Commune Faventie et Faventini, habeant ius et potestatem et licentiam mittendi rectorem et constituendi in civitatem Ymole annuatim, et quod dicta civitas Ymole habeat omni anno rectorem de Bononia vel de Faventia ad voluntatem Bononiensium et Faventinorum et sicut eis placuerit, et salvis in predictis omni iure sive iuribus et rationibus Communis Bononie et Faventie in omnibus et per omnia. Et expressim dictum est quod id quod factum est, non sit aliquo modo preiuditium Communibus vel hominibus dictarum terrarum Bononie et Faventie, nec ob id quod factum est, ut supra legitur, in aliquo derogetur Communi Bononie vel Communi Faventie vel hominibus dictarum civitatum, nec ob hoc eorum ius vel ratio minuatur, set predicti potestates et predicta Communia et homines utriusque terre et successores dictarum potestatum, scilicet illi qui in futurum erunt potestates Bononie et Faventie, omni tempore habeant illam potestatem et vim et iura et rationes faciendi et precipiendi quod Commune Ymole et homines Ymole habeant et accipiant rectores de Bononia et de Faventia, quem quosve habebant tempore date licentie, antequam licentia fuisset data; et expressim inter alia dictum est istud, scilicet quod id quod factum est in nullo preiudicet Communibus et hominibus dictarum civitatum Bononie et Faventie aliqua occasione, et solida et integra remaneant iura et rationes Bononie et Faventie hac (*sic*) si predicta licencia non esset data.

Ego Gerardinus de Gisso sacri pallatii et nunc Communis Bononie notarius interfui et de mandato potestatis Bononie scripsi [2].

---

[1] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 443 *v* e *Reg. Novo* (P. 1329), p. 68; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, p. 185; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 43; cf. BOEHMER, *Reg. Imp.*, V, n. 12855.

[2] ARCHIV. STATO BOL., *Reg. Grosso*, I, f. 412 *r* e *Reg. Novo* (P. 1329), p. 68; copia BIBLIOT. COM. FAENZA, ms. n. 49, pp. 177-181; MITTARELLI (cenno), col. 624; ed. SAVIOLI, *Ann. Bol.*, III, II, p. 46.

LII.

1222 novembre 27

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Millesimo ducentesimo vigesimo secundo anno a nativitate eiusdem, regnante domino Frederico Romanorum imperatore senper augusto et rege Scicilie, quinto kallendas decenbris, indictione decima. Dominus Guiffredus de Pirovano potestas Bononie, habitis licentia et consensu Conscilii Bononie in pallatio Communis Bononie more solito congregati, fecit et constituit Iulianum Leonardi notarium, nuntium et procuratorem Comunis Bononie ad excusandum potestatem predictum et Comune Bononie coram domino imperatore et in eius curia de facto Ymole, scilicet quod quicquid ibi factum fuit, fuit ad honorem et utilitatem domini imperatoris et ad vindicandam suam iniuriam et de voluntate nuntii sui comitis Romanie, et spetialiter ad excusandum dictum Comune de omnibus de quibus archiepiscopus Madeborgensis vellet eum potestatem honerare et dictum Comune, et ad respondendum et defendendum contra quemcumque qui dictum Comune vellet incusare coram domino imperatore eiusque nuntiis.

In caminata pallatii Communis Bononie, presentibus et consencientibus domino Barufaldino et domino Michilucio procuratoribus Comunis Bononie, et curia dicti potestatis, scilicet offitialibus curie circha eum astantibus; testibus audientibus domino Iohanne de Canova iudice dicte potestatis, Bonoiohanne Henrice notario et Zaccharia notario de Strata-maiore, civibus Bononie.

Ego Gerardinus de Gisso sacri palatii et nunc Communis Bononie notarius interfui et de mandato dicte potestatis scripsi [1].

LIII.

1222 dicembre 20

